ILLVSTRI DOMINO, D. Ioanni de Roias illustrissimi Marchionis de Poza filio, Ioannes Berzosa. S.

QVI suas lucubrationes in uulgus ædere constituunt, uir ornatissime, Alij magnis uiris eas dedicant, ut eorum nominis splẽdore, tãq̃ clypeo (quod aiunt) Vulcanio tecti incolume suum ad posteros nomen traducere possint. Alij, siue quod in aulas principum, facilis non patuerit aditus, siue, quod ita maluerint, libros suos, si non magnis & potentibus, uiris saltem doctis inscribunt, qui eos & laudibus cumulare & ab obtrectantium maleuolentia, rationibus, ut illi authoritate, tutari ualeant. Horum qs *non probet consilium? atq; illorum damnet, qui suos alijs labores dedicant, a quibus nulla unq̃ sit emanatura utilitas? Hi p*[illegible]*um suam operi talibus probare studen*[illegible]*erre, & imprudenter ignorantiam p*[illegible]*uidentur. Nisi forte (quod laudo) eos ad uirtutem & studia capessenda, hac ratione inuitare & allicere uelint. Quis est namq; a communi sensu tam al-*

enus apud quem uirtutis pulchritudo oculis conspecta miros sui amores non excitet? Quē ea res ad se non pertrahat, qua carere, omnis, cui natura rationis uim indiderit, beneq; informarit, probro sibi & dedecori putare debet? Mihi uero hunc librum parturienti bonus quidam genius ultro te obtulit, cuius nobilitatem an eruditionem plus admirer nescio: Eximia si quidē tua nobilitas cū pari eruditione ex æquo inter se se certant: Quæ duo ubi conueniunt, mirum quantum & decoris & ornamēti afferāt. Hoc ego nec quærendo inuestigare potuissem, nec unq̄ sperare fuissem ausus. Verum (quod ait Pindarus) τελεῖ θεῶν δύναμις, καὶ τὰ παρ' ὅρκον, καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα. Accedebat ad hanc fælicitatem, quod cum a te obnixe peterem ut meas lucubratiunculas tibi dicari sineres, & ex uoluntate tua, & multorum commodo facturum me esse intelligebam, si has adolescentiæ meæ primitias tibi consecrarem: cū nihil aut melius, [illegible] bono dignius esse iudices, quam publi[illegible]ibus priuatas facultates posthabere. Tu[illegible]d perpetua uita, quæ in nulla re est tam occupata, quam in optime de illis merendo, quos intelligis bene de repub. aliquando meritures. Testatur illud. [illegible]

supe

superiorib⁹ diebus ex tuis thesauris uernacula lin gua emissum, quod ad unū conscriptū in multos su as diuitias deriuare ac diffundere potest: de eo quid sentiam (si nihil hic meæ censuræ tribua= tur) omnium tamen eruditorū consensum ducem sequutus intrepide pronūciabo, in illud opus incō parabilem eruditionem, summam eloquentiam, ua riam ac distinctam historiarum cognitionem con fluxisse, quod tu dū nostra lingua conscribis, tuæ imprimis patriæ te esse natum, & ad eam omnia referri debere indicas. Porro si qua meis uerbis fi des habeatur, cui tu (quæ tua est humanitas) the sauros tuos litterarios multo illis superiores, quos Crœsus Soloni arroganter ostentauit, domi quo= tidie profers, & impertis, si qua inq̃ fides habea- tur, testis esse possim, quantū ingenio, solertia, abstrusarumq; rerum peritia ualeas, quantū stu- diosis momentum ad antiquitatis cognitionem, si foras depromeres, essent allaturi: sed tu, non quod publicis commodis ea bona inuideas, sed quod ni hil temere agendum putes, premendos aliquandiu iudicas, manisq; illos fructus apud te ematuresce re, atq; ita prodire, quam multorum manibus con trectatos pene sordescere, id quod ea ratione fi= eri suspicor, quod dū nimiū in te descendis (ut in

quit

quit ille) de te minus etiam, quam par sit, sentis. Sed tu monumentis te tuis immortalem reddes, ego uero hoc opusculum nuncupo, non quod amplius tibi putem accessurum aut nominis, aut eruditionis, sed ut ego potius per te elucescam, quẽ & unice colo, & diligentissime obseruo: illud certe præstare uolui, ut tuæ & operæ et labori aliqua ex parte consuleretur, nequid tibi ad linguæ Græcæ perfectã cognitionẽ deesset: hæc namq; Grãmatices pars, quæ prosodias docet, parum diligenter à grãmaticis tractata, à multis hodie ignoratur. Cum tamen absq; ea nullus nec esse nec dici Græcus possit. Sed quid hic uelim, ne de re parua nimis multa præfari uidear, Ciceronis ex primo de oratore uerbis demonstrabo. Omnia (inquit) quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt, ut in Grãmatica (quia de ea nunc agimus) Poetarum pertractatio, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronunciãdi quidam sonus. Adhibita uero est extrinsecus ars, quæ rem diuulsam dissolutamq; conglutinaret, & ratione quadam coniungeret. Hæc Cicero. Dictiones itaq; prius ab hominibus sũt inuẽtæ mutuæ cõmuniõis gratia, ad quã oẽs nati sumus. Ars, quas potuit in Canonas

rede-

redegit, quas nequiuit, in quo erant usu reliquit, atq; ideo cum omnes canones deficiunt, ad histo riam tanq̃ ad Cresphygetum quoddam recurri- mus. Est autem historia, usus & antiquorum uiro rum testimonium, quos authoritas ac posteriorum applausus sunt sequuta. Huius artis (Grãmaticæ inq̃) finis est, non peccare, neq; circa unã, neq; cir- ca plures dictiones. Peccare namq; circa unam Barbarismus est, circa plures solœcismus. Ne so lœcismus irrepat, ea quæ de Syntaxi sunt scripta, cauent. Porro quia Barbarismus committitur cir ca dictionem, uel secundum elementum uel secũ dum prosodiam. Ne primum accidat, illa quæ de octo partium orationis natura à Grãmaticis sunt tradita, præcipiunt, dum docemur dicendum esse Δημοσθένους non δημοσθένου, αἰσχίνου non αἰσχίνους, αἰνείᾳ non αἰνεία, ubi occurritur de fectui, abundantiæ, atq; enallage. In κακογραφίαν ne incidamus, docuit Gaza orthographiã libro tertio satis copiose, quam nos sub elemen- tum collocamus. Atqui ne προσῳδίᾳ erremus, hoc libello σὺν θεῷ docebimur. Tempus tamen, quod prosodiæ non est minima pars, in aliud tem pus reijciemus, ipsius angustis spacijs exclusi, & auditorum nostrorum ueluti quibusdam expostu- lationis

lationibus, qui tonorum pertractationem à nobis aliquando promissam suo iure exposcere uidebũtur. Dum ergo uir doctissime hoc ære apud auditores meos me exoluo, aliquam tuorum erga me meritorum partem eadẽ tibi opera reponi ne graueris: sic enim & inuidis occurres, & meis laboribus, qui in lucem prodire non audent, ianuam aperies. Quibus nos hoc opusculo uiam præsternimus.

Vale.

Louanij. Idibus Iunij.

1544.

IOANNIS BERZOSAE CAESAR-augustani. De proso-dijs Liber vnus.

¶ *De prima Gramatices diuisionis parte*

LEctio(quæ secundum grammaticos, grammatices est prima pars) definitur historiarum & poematũ quædam recta pronunciatio. Ea subdiuiditur in hypocrisin, prosodiã,& diastolen. Ex hypocrisi virtutem,dum vniuscuiusq; rei decorum in pronunciando seruamus, ex prosodia artem ipsã,Ex Diastole sensũ perspicimus. Quantum valeat ὑπόκρισις, quam actionem possumus interpretari,Docent nos ipsæ tragædiarum & comędiarum actiones. Diastole si absit,difficulter quis quod dicet̃,intelliget. Vim hypocriseos natura nostris animis inseuit, quæ exercitatione iuuatur. De Di-

aſtole paucula præcipiemus De pro ſodia, vt propoſuimus, quoad eius ſi eri poterit diligẽtiſſime tractabim⁹.

¶ De *proſodia*.

Proſodia deinde diuiditur in to/ nos, tẽpora, ſpirit⁹, et paſſiões. Atq; vt hoc nomen, quod alioqui obſcurũ eſt omnib⁹ pateat, quæ de proſodijs Demetri⁹ Triclini⁹ refert, annecte= m⁹. Antiqui qui rẽ grãmaticã præ= ceptis ſunt complexi, ſapienter quę dam ſigna, quæ ipſi excogitarunt, per manus nobis tradiderunt, ex q- bus vim, & vt ſic appellem, qualita tem ſyllabarum atque ipſam pro - nũciationem poſſemus dignoſcere, ſyllabarum dico, non elementorum, quia elementa per ſe poſita nullius prorſ⁹ facultatis ſunt, vnita vero ac ſyllabis compræhenſa vires & qua litates habẽt. Inuenerũt aũt alia ſi- gna, tonos inquã, ſpiritus & paſſi= ones, atque etiã breuis ſyllabæ ſig= num hoc ˘, longę tale ¯ communis

vero

vero syllabę, quãdo pro breui debet accipi, huiusmodi. L. Qnando pro lõga iuersũ. ∩. Hęc oĩa prosodias nomínarunt, quippe quæ ad syllabarum sonum & prolationẽ pertineant.

¶ *Prosodiæ definitio.*

A Definitione aggredi placet, quoniam ea est, quæ quid res sit explicat. Est igitur prosodia, extensio quædam vocis literatæ, integræ, secundum dictionis significationẽ elata, cum aliquo eorum quæ circa unam syllabã sunt coniũcta, vel secũdum Dialecti vsum congruens, vel secundũ analogiã. Cum dicitur extensio quædam, genus ostenditur, quia exensio de pede, manu, lapide, ac ligno dici potest. Literatæ etc. differentia est. Quod autem Prosodia sit quędam extensio vocis, verũ est, qualitatem enim habet vox, nãq; vel est intẽsa, vel remissa, vel media, hoc est vel oxytona, vel barytona, vł circunflexa. Porro quia duplex est

vox, articulata, litterataq;, sicut ea est, quę ex humano intellectu emittitur, & inarticulata, id est, quę scribi nequit, vt est ratione carentium animalium vox, et strepitus a ferro aut ligno. Et hęc inarticulata aut significatiua aut significatiõis exps, significatiua vt canis latratus aduẽtũ alicuius significans: Sonus lapidum significationis est expers. Articulata item, significatiua vt ὕδωρ, θάλασσα, et quæcũq; ex rebus ipsis voces ponũtur, significatione carẽs, articulata tamen, βλίτυρι σκινδαψός. Quoniam ergo voces quædam sunt extensionem habentes inarticulatæ tamen, vt illę ferri aut ligni, quas proprie nemo appellabit voces, ideo additur (litteratæ.) Quia rursus sũt voces litteratæ, nihil tamen significãtes, (integrę) additur. Integrę igitur id est significantis aliquid. Dicitur insuper, secundum dictionis significationẽ enũciata, ἁγνὸς ὁ καθαρὸς acuitur ἄγνος ἡ βοτάνη penacuitur.

ἀργὸς ὁ ῥάθυμος, ἄργος nomen vrbis. Prȩterea ponitur illud, (cum aliquo eorũ quȩ coniũgũtur et c̃) quia neq; tonus sine tempore, neq; tẽpus sine tono reperitur, sed ne spiritus quidem ipse per se inuenitur, ἥλιος tempus habet longum ῆ spiritum densum ῾ tonum acutum ´ Adsunt hic tempus, spiritus, & tonus. Tonus sine spiritu profertur, & spiritus sine tono. Sine tempore vero, neq; spiritus, neq; tonus, sicut neq; tempus sine tono. Quia vero Analogia, Dialectus, et Canon modi sunt quibus prosodiæ efferuntur, quȩ postremo ponuntur sunt addita.

¶ Harum quatuor partium, in quas diuiditur prosodia, quænam sint eo nomine digniores.

Passiones proprie non sunt prosodiæ, sed abusiue. Nam reliquȩ prosodiȩ supra vocales ponuntur. Passionũ vero apostrophus quidẽ supra consonantes, hyphen vero, & hypo-

diaſtole infra, & hyphen quidem indicat coniunctionem duarum partium, hypodiaſtole diuiſionem, pręterea paſſiones, ſicut reliquę proſodię, a literis ortum non habēt, acuta enī & grauis ά ὰ. circunflexa, longa, & breuis ᾶ ā ă. aſpera, ac lenis ἁ ἀ. quid quod neq; proſodię definitio paſſionibus conuenit: niſi tantū nominis cōmunione, ſi quis contendat, quando in his etiam ad paſſiones canunt̄ voces; vt ἀντ' ἐμ8 propter apoſtrophū ita dico nō ἀντὶ ἐμ8, et χειρίσοφος cum video hyphen, non χειρί σοφός & ἔσιν, ἄξιος hypodiaſtole facit, ne dicam ἔσι νάξιος. Ergo ſecūdum etymon vocabuli proſodiæ dicent̄, non ſecundum definitionem: id etiam vidit Gaza, dum ſępe in recenſendis proſodijs paſſionū obliuiſcitur.

¶ *Proſodiarum locus in uniuerſum.*

Earum quæ proprie proſodiæ dicuntur locus eſt vocalis in dictione poſita, vel ipſa dictio ſi ſit, ſicut e

teni vna dictio est oratio, vt βόα, ξέχε, ita vna syllaba est dictio vt ἔρ, ὦ. Atqui tonis acuto et graui quæuis vocalis est locus, circũflexo longa tãtum, longæ & breui, ancipites, olim omnes vocales, quia tantum erant quinq;, & eæ oẽs ancipites α ε ι ο υ, postea Simonides Chius pro ε lõgo ĩuenit η. pro ο, ω. quæ dicuntur nunc antistichæ. Spiritibus vocales; & ρ. De passionibus postea. Cũ vocales dico, dipthongos etiam intelligo.

¶ *De prosodiarum dignitate.*

Tempus, spiritus, & tonus in eadem syllaba sæpe reperiũtur simul. Tẽpus omnes præcedit, sicut syllaba oĩa quæ syllabæ accidunt. Spiritus tonum; sicut syllaba totã dictionem; quamuis. n. syllabæ nisi in dictione positę spiritus sẽper non possit assignari, statim tamen appa ret, cum tonus non nisi tota dictione prolata. Verum magna est tonorum dignitas, cũ in vna syllaba po

ſiti totam dictionem gubernent, ac tanquã animæ cuiuſdam loco ſint: Spiritus & tempus tantum vnius ſyllabæ videantur eſſe. Spiritus vocalem precedere videtur, ergo et tẽpus, id quod apparet manifeſto, quã do ponitur ſupra ϱ, ita dixerunt nõnulli: Sed ρ, vt poſtea dicet, ex medietate eſt vocalis, vocalis vero precedit ſpiritũ, propter eã .n. ſpiritus, atq; ita propter dictionem: De tempore ergo diſceptatio non ſit. Spiritus ã te tonum ſignatur, ſi quando ſimul reperiantur, propter eam, quam modo diximus cauſam.

¶ *De unaquaq; proſodia per ſe.*

Toni tres ſunt, acutꝰ, grauis, & circumflexus quod ex ipſius toni definitione intelligitur, cum defini tur tonus ἐπίτασις propter acutum, ἄνεσις propter grauem, μεσότης propter circumflexũ Tonorum duo proprie dicuntur toni, acutus & circũflexus. Grauis ſyllabice dicitur to-

nus

nus non proprie. Acutus vero om̃ium est pręstantissimus, id quod vel inde satis liquet, quod is omnium solus tertium locũ potest occupare.

¶ *De acuto.*

Acuti tres sunt loci, vltimus, penult. antepenult. quando acutus est in vltimo: oxytona dicĩt dictio, quãdo in penult. paroxytona, quando in antep. proparoxytona.

¶ *De graui.*

Grauis locum habet, & positionem. Loc⁹ sunt omnes syllabæ, quę secundũ æqualitatem leguntur. Omnis .n. syllaba, quæ non signatur tono, grauem habet intellectũ, atq; ideo syllabic⁹ est appellatus. Positio eius est in dictionib⁹ oxytonis, quãdo in orationis consequentia leguntur, quam Græci συνέπειαν appellãt, atque definiunt τὴν κατὰ συνέχειαν ἀνάγνωσιν τῆς λέξεως: id fit ne media oratio assurgat acuto, qui finiẽdis periodis est aptior. Est etiã ei⁹ positio

B in

in ideclinabilib⁹ illis ἀλλὰ, μὲν, πρὰ, κατὰ, ὑπὸ, & reliquis, qui tūc non ꝑ acuto, sed pro seipso signatur.
Triplex est ergo grauis, prim⁹, qui in syllabis quæ tono non sunt insignitę, intelligitur. Alter, qui pro acuto. Tertius, qui vere grauis est, et pro se ipso signatur. Quo modo dignoscatur grauis, qui pro acuto, & qui pro se ipso notať, mox dicem⁹.

¶ *De Circunflexo.*

Circunflexus sonum habet medium inter acutū ac grauem. Ex nominis etymologia natura eius cognoscetur περισπωμένη dicitur a verbo περισπῶμαι, περισπᾶν dicūt Græci in diuersum ferre, & in contrarium, huc atq; illuc trahere. Sic cum circūflexus constet ex acuto & graui, περισπᾶται diuersis tonis, altero deprimēte, altero eleuāte, ex pugna autem fit mediocritas quædam & tēperamētum, atq; ideo μεσότης definitur. Loci sunt vltimus & penultim⁹. Hi sunt

tres toni. Verũenimuero cũ Græci ab vltima metiantur tonos, ab vltima etiam syllaba omnibus dictionibus nomina indiderunt: Omnis .n. dictio aut habet acutũ in vltima, & ita oxytona dicitur, aut circũflexũ, & sic perispomena, aut grauẽ siue signatũ siue intellectum & hoc modo barytona appellatur. Dictionẽ nanque cuius vltima nullo insignitur tono, barytonam appellant, a graui, qui est in mente appellatione sũpta, quicunque sit tonus in alijs syllabis, a quibus etiam nomina sumũt. Nihil ergo obstat eandem dictionem & pro paroxytonã et paroxytonam & barytonam dici. Nec properispomenã & barytonam. Ex hac metiendorũ tonorum ratione effluxerunt illę locutiones, πρὸ μιᾶς id est in penultima ἐπὶ τρίτης, πρὸ δευτέρας, in antepenult. Tonũ præcedere possunt plures syllabæ, quæ omnes legentur secũdum ęqualitatem graui contentę, qui intelligitur; post tonum signatũ

non possunt sequi nisi tres plurimũ: Nullus nanq; tonus quartũ locum assequitur: & ea ratione circũflex⁹ non excedit penultimum, quia si ĩ ãtepenultimo poneretur, acutum reperirem⁹ in quarto, vt si dicatur ποιȣμεσθα, cũ circũflexo, resoluetur illa syllaba postea in acutũ et grauẽ: vnũ quodq; .n. in ea resoluitur, ex quib⁹ componitur: hac resolutione facta diceretur ποιέομεσθα: acutus nanq; qppe qui prestantior est, in resolutione etiã, grauẽ pcedit. Lectis ergo priori bus syllabis secũdum æqualitatem, ante eam certe, quæ est a fine tertia, sistendum non est.

¶ *De tempore.*

Tempus alij definiunt signum vocalis extense, aut correpte: alij ꝓductionem aut correptionem. Prisci anus virgulam longam, virgulã breuẽ. Vocalis præcipua pars syllabæ, nã sine vocali nulla dicitur syllaba: vocalis autem per se, coniuncta va-

rijs cōsonantibus, alijs præcedētibus alijs sequētibus, pro vt ordo, et consonantium natura tulerit, syllabam perficit: neq. n. temere vniunt litteræ sed cōsequēter ideoq; στοιχεῖα dicuntur ἀπὸ τοῦ στείχω τάξει προερχόμαι. Litteræ propter syllabas, syllabæ propter dictiones, dictiões propter orationem. Quãuis autem syllabæ accidentia sint tenor, spiritus, tempus, & passio: horum tamen nihil habet syllaba, si a dictione absit.

¶ De syllaba.

Locus postulat, vt de ipsa syllaba, aliquid dicatur. Ea igit̃ triplex est, aut longa aut breuis, aut cõmunis: ac longa quidem, quæ habet vocalē longã aut natura aut positione: Natura tripliciter, aut cum est. η. vel ω. vt ἥρως: vel pductiõe ãcipitis, καλός: vel diphthõgo αἴας. Positione simpliciter duabus consonantibus sequentibus vel actu vel potētia, siue eæ legantur in cõpræhensione siue in di

stin-

stinctione, actu ἄρτος, Potētia τύψω, ἄξω. Breuis syllaba quę habet vocalē breuem natura; vt λόγος, ἔλεος: aut ācipitē correptā vt φιλία. Cōmunis syllaba est, quæ longa & breuis eadem esse potest: fit tribus modis: primo quando in vocalem longam desinens, & orationis partem finiens, sequentem habet a vocali inceptā, vt οὔ τι μοι αἰτίη ἐσσί, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν Altero, quando breuis est, & partē orationis finit, vt Νέστορα δ᾽ οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης. Tertio, quando vocalem breuem aut ancipitem correptam sequūtur duę consonantes in compræhēsione, quarum prior est muta, altera liquida, vt in dictione πάτροκλος, & similibus.

¶ *De spiritu.*

Spiritus est syllabę qualitas vertens tenues consonantes in asperas in cōpositione, vel eas seruans, quales erāt prius, illud dicit propter spiritum asperum, hoc propter tenuē:

Et

Et hæc mutatio valet ad cognoſcendum dictionis ſimplicis ſpiritũ, vt quia ἐφέςιος dicitur, ſcio dicendum ἑςία ſpiritu aſpero, q̃a ἐπάνω, ἄνω ſpiritu tenui, Et conſonãs tenuis, quæ erat dictionis præcedentis, aſpirata coniungitur ſequẽti: quia nulla ſyllaba deſinit in aſpiratam: atq; aſpera cõſonãs impetum videtur facere in ſequentem vocalẽ, & ob id δασεῖα appellatur hæc proſodia, a δα intẽſiua particula & σεύομαι id eſt ὁρμῶ. Occaſio nos admonet, vt obiter id dicamus Græcos interrogatione facta per propriũ vniuſcuiuſq; genus de proſodijs, per fœmininũ efferre reſponſionem, vt ποῖον πνεῦμα, ſi quis roget δασεῖαν ἢ ψιλὼ reſpõdẽt, nõ δασὺ nec ψιλόν: τόνον, ὀξεῖαν, ἢ βαρεῖαν etc̃. Reſpicientes ſupremũ nomẽ προσῳδίαν. Spiritus in dictionũ principijs ponũtur, quando a vocali aut diphthongo incipiunt: talis enim dictio altero carere non poteſt. Sed nõ quiuis promiſcue ponendus, vter vero

quando, dicetur inferius vbi tonorũ rationem absoluerimus. ρ quia cũ vocalibus maximam habet affinitatem, id quod est, tantũ vocalium sibi vendicat. Quod autem ad vocaliũ naturam accedat, id est argumento, quod sicut nomina desinentia in α. purum fœminina seruant. α. in obliquis, ita & desinentia in ρα. & sicut masculina in ος purum habẽt fœminum in α. ita etiã desinentia in ρος. id præterea suffragat͠, quod Græci dixerunt. ρ. esse ex medietate vocalem. Hæc consonans si ponatur in dictionis principio aspiratur vt ῥητορική, ῥεῦμα, quæ latini Rhetorice Rheuma: in media dictione geminata prior leuigatur, quia nulla syllaba desinit in aspiratã, posterior dẽsatur. Cũ sola ponitur in media dictione, nullo spiritu insignitur, atque hac ratione cum verbum inceptũ a ρ. accipit incrementũ. ρ. geminatur, vt in secundo ρ. seruetur spiritus, qui erat in principio verbi simplicis vt

ῥίπτ-

ῥίπτω ἔῤῥιπτον, & cũ cõponitur desi
nente prima parte cõpositionis in
vocalem puram propter χασμῳδίαν,
quam facit vocalis, natura illam fu-
giẽs geminat ρ. vnde πρόσρημα, ἔκρους
non geminant. ρ. quia consonãs, quę
pręcedit ρ. illi videtur esse pro aspi-
ratione. Sed, quærit Priscianus, cur
cum omes alię consonantes, quę a-
spirãt in diuersum elementũ migra
rint, ρ. aspiratæ eadẽ sit figura, quæ
leuigatę. Respondet. quia aspiratio
nõ ita cohęret τῷ. ῥ. vt mutis illis π.
κ. τ. nec si spiritus tollatur, significa
tiõi quicq̃ decedit, aũt prolatio fit
alia, id quod accidit si a φ. χ. θ. tollas
aspirationem. Spiritus dehĩc ex. γ. fi
eri dicũtur: In maiusculis vero litte
ris ex aspiratione nostra a summo
ad imum per medium diuisa fiunt.
. H. Simplicior est latinorum ra-
tio, qui aspiratis dictionibus præ
figũt h. leuigatis nihil: altero namq;
comperto, alteri⁹ sequitur cognitio.
Nũc spiritus passim signãtur. o. ele-
mẽ-

mēto ī duos semicirculos diuiso. atq; de spiritib⁹ hęc in vniuersum dicta sufficiant.

¶ *De passionibus.*

Passio est passę dictionis signum indicans ea, quæ extritionem, & coniunctionem, & diuisionē sunt passa: alij definierūt qualitatē vocis passæ. Apostrophos seu apostrophe latine auersio, signū est extritę vocalis aut diphthōgi (est etiam apostrophos comica, & Rhetorica de quibus nunc non agimus) Hæc prosodia sic est appellata, ꝙ auersa sit ἀπὸ τῆς δασείας: signatur enim sicut spiritus lenis: a quo differt, quod apostrophos in dictionis fine ponitur tam supra vocales quam supra cōsonantes. Spiritus in principio, tantum supra vocales: apostrophus hæc vocalem vltimam pręcedētis dictionis aufert si sequēs a vocali inceperit, id quod fit, vt euphoniæ consulatur, cuius sunt studiosi græci. Neq; vero quę

uis

uis vocalis aut dipthongus exteri-
tur apostropho, sed breues tantum, et eę, quæ ad breuium naturam quam proxime accedũt. ε, ο, auferũtur. α, et. ι, ancipites vbi corripiuntur. υ, non inuenitur extrita. αι, οι, ex diphthongis solę, quia quod ad tonorum rationem attinet breues habentur. Hęc autem passio sequitur tonos & tempus propter nominis primi cognationem, et eam sequitur spiritus, nam si sequens vocalis aspiretur, tenuis siqua pręcedat sua vocali destituta in antisticham aspiratã mutabit: σπεῦδε νύχθ' ὅλην, Aristophanes: erat νύκτα ὅλην: fit apostrophus νύκτ' ὅλην: facta apostropho, duæ illæ dictiões vna fiũt prolatione. Aspiratæ porro aspiratas præcedũt i cõpręhẽsione, tenues tenues, medię medias, ideo dicimus νύκθ ὅλην & postea νύχθ' ὅλην Nam quãdo sũt tenues duæ, non potest altera sine altera mutari, id quod ex priori regula sequitur.

¶ *An tonus sequatur syllabæ, in qua erat, ablationem*

Vt dictũ est prius, tonus circũflexus longæ vocali imponitur, cum autẽ longæ non fiat extritio, neque circumflexus vnq̃ loco dimouebitur. De acuto ergo et graui quærẽdum arbitror: quia ij sunt quos quęuis syllaba fulciat. Natura acuti generosa est, & constãs, q nunquã suam dictionem se priuat: sed si ab vltima vna cum vocali eijciatur ad eã quæ proxima est, se recipit, neque vllam habet rationem eius vocalis, in quam migrat, sed eius, ex qua pulsus est: de eo acuto loquor qui signatur tono graui in orationis cõsequentia, quem etiam grauem appelles licet. Nam de acuto, qui acuto tono signatur non loquimur: cum enim ponatur in fine orationis, non patitur vocalis in qua est, quod si vocalis non patitur synalæpham, neque tonus mutatur. Exempla artẽ aperiũt

riunt: dico δεινὰ ἔπραξας apostropho facta dicā δειν' ἔπραξας, ne dictio oxytona destituatur tono, restituetur acutus in sequenti δείν' ἔπραξας, neq; ponetur circumflexus, quamuis ea sit longa natura, & vltima ablata breuis: quia ille ton⁹ illius syllabæ non est proprius. Grauis tonus, qui p se ipso signatur, syllabæ passionē comitatur: & ea ratione differt ab eo, qui pro acuto vt ἀλλὰ ἐγὼ παρὰ αὐτῷ ἔμεινα, dico sic ἀλλ' ἐγὼ παρ' αὐτῷ etc. Acutus cum sit dictionis, nisi ca dēte tota dictione non cadet: grauis qui syllabæ esse dicitur cum syllaba perit: quæ vero superest syllaba gra ui intellecto fulcitur. Illud facilius: circumflexus et acut⁹ firmi manēt: grauis, qui pro acuto, retrocedit, qui pro se ipso, expungitur.

¶ *De hyphen & hypodiastole*

Altera conglutinat, altera dissipat dictiones, hęc disiūgit, illa coniūgit: τῆς ὑφὲν hoc est signū ‿ ὁποσοῦν dis

ſitę, coniunguntur, & ſiunt vna dictio ὁπωσοῦν atq; ideo ἡ ὑφέν dicitur accentũ tollere. Cum .n. prius duo eſſẽt, nunc accedente hyphen vnus abijcitur, quia nõ niſi vna dictio. Sic appellatur nomẽ ab ὑπό & ἕν quaſi ὑφενοῦν, latine ſubunio: huius erit vſus, quãdo duas dictiones aut plures cõiũgẽdas ſignificabimus. Hypodiaſtole latine ſubdiſtictio a ṽbo ὑποδιαστέλλω .i. ὑποδιαχωρίζω. ὅ,τι ſi eſt relatiuũ hypodiaſtole eſt op9, ὅ,τι alioqui coniunctio putabitur.

¶ *De tonis rurſus*

Ad tonos reuertamur, q̃a ea eſt ꝓſodiæ pars vt prima, ita & a nobis imprimis ſuſcepta: & quãuis temporum cognitio huic rei maximo fuiſſet adiumẽto, illam tamen poſthabẽdam duximus impræſẽs, quia ea poetarum potiſſimum, hæc omnium eſſe videt, atq; ideo vt omniũ cõmuni & maxime neceſſaria de hac nũc præcepta trademus, prout res

vari

variæ, & infinitę natura patietur: illud repetentes, tres esse tonos, tres item syllabas, in quibus collocãtur, sicut tres sũt plurimum pedis metrici syllabæ, & tres dictiones plurimum compositæ dictionis. Verũ, ne quidq̃ prætermittamus quod ad nostrum institutum videat̃ facere, quędam hoc loco pręijciem⁹, ad quę recurrẽdum erit, siqua varietas in tonis aliquãdo incidet.

¶ *De modis quibus tonus variatur.*

Variatur quãtitate, idq̃ inflexione μοῦσα, μούσης, τύπτετον τυπτέτην, Idiomate μωρός, attice μῶρος: σοφῶς, dorice σόφως, oẽs. n. dictiones quas nos vel circũflectimus, vel acuimus penacuũt dores. Elisiõe Δεῖν' ἔπαθεν p δεινά. Systole sicut εἴδομεν Home. ἵνα εἴδομεν ἄμφω pro εἰδῶμεν. Syncope, ὁμόπατροι ὄπατροι. θύγατρα p θυγατέρα. Canone πατὴρ πάτερ. Paragoge νῦν νυνί, ἐνθάδε ab ἔνθα, τόδε τοδί. Cõpositiõe σοφός φιλόσοφος Anastrophe.

τοῦ.

τούτων πέρι. Differẽtia θεὰ θέα, qualia ſũt ĩnumera. Orthographia ὠφελία ὠφέλεια. Aphęreſi ἔβη βῆ. Protheſi ἦκεν ἔηκεν εἶπε ἔειπε. Inflexiõis variatiõe θάλης. οῦ. θάλης θάλητος. Metaplaſmo μελίκρατι pro μελικράτῳ: προβάτοις πρόβασι Et ſi qui ſunt alij

Paragoge tonum non ſemper mutat neq; apocope καλοῖς καλοῖσι, τυπτέμεναι τυπτέμεν, ἀπόχρησι ἀπόχρη. Epectaſis nõ mutat quę eſt ſyllabę abũdantia in medio dictionis κενός κενεός ἀδελφός ἀδελφεός

Quando dictio circumflexa extenditur Dięreſis eſt, & mutatur tonus ναυτῶν ναύτων: ratio eſt, quia cum circumflexus conſtet ex acuto & graui poteſt diſſolui in duas ſyllabas, quarum altera ſit acuta altera grauis. Quãdo vero dictio eſt acuta & augetur tunc vult Herodianus pleonaſmum eſſe: de quo modo eſt dictũ. Quia vero paragoge tonum variari diximus allato exemplo ἔνθα ἐνθάδε ſciẽdũ eſt, dictiões quę addita

δε syllaba extẽdũtur, si nõ mutãt primitiui significationẽ in penultima habere tonũ ἔνθα ἐνθάδε τοῖος τοιόσδε, τῆμος τημόσδε πηνίκα πηνικάδε
Quia etiam diximus οὗτος οὑτοσὶ τόδε τοδί tonũ mutare: Technicus ita inquit. Dictiones quæ desinunt in consonantem solent accipere. ι. οὗτος οὑτοσὶ νῦν νυνί, Quę vero in ε. vocalẽ desinunt, mutare solent ε. in ι. ἐνθάδε ἐνθαδί, (vide hic variã mutationem acuti ad finem tendentis ἔνθα ἐνθάδε ἐνθαδί ὅδε ὁδί) Siue etiam insuper ad mittunt. ι. si vocalis sit longa τουτωῒ sed ἐν Διαςάσεἰ, quia ι. in diphthõgũ non cõiugatur (dicũtur tamẽ οἷονεί, ὡσπερεὶ τινί, ὅτινή hæc p̄ η. illa per. ε.) oĩa acuũt: Attici, certe vt maior fiat demonstratio pronominbus demonstratiuis addunt proschematismum τοῦ. ι. per omnes casus, & quẽcunq; tonum. ι. ad se trahit οὗτος οὑτοσὶ τούτῳ τουτωί, & in alijs omnibus etiam, δεῦρο δευρί, præterq̃ in datiuis poeticis καλοῖς καλοῖσι in quibus vl

tima syllaba.ι.est breuis,in aliis longa,et recipiunt datiui ν ephelctico,alia nequaquam preter οὑτοσίν.

¶ *Qui toni in quos mutentur*

Acutus mutatur in grauem,grauis in acutum, acutus in circumflexũ, Grauis nunquam in circumflexum: Acutus in grauem in consequentia orationis.Grauis in acutum in inclinatione, Acutus in circumflexum: cum syllaba supra quam est acutus natura sit longa, vltima breui : μόνος μοῦνος νόσος νοῦσος Iones nanque addendo υ,τὸ ο extendunt,cauentes ne in homonymiam decidant, proinde non dicunt κόρος satietas κοῦρος,propter nomen κοῦρος,neque ab ὄνος οὖνος propter gẽtile nomen ὄνος,ad quod allusit Aristophanes ἐν βατράχοις, τὸ βάρος ὃ σὺ φέρεις οὖνος φέρει:verba sunt Dionysij ad seruum. Circumflexus rursum in acutum mutatur,si sylla ba supra quam est tonus circumflexus corripiatur,aut per ablationem

alte-

alteri⁹ vocalis, si sit diphtõgus, aut per systolen si sit vocalis ex longis ἀκλεῶς ἀκλεές, ἀρχαῖος ἀρχάος, ἀλκάος pro ἀλκαῖος,

Quod de o. diximus, addito scilicet, υ. extendi, id etiam de ε. dicendum, addito tamen. ι. Et hoc videmus seruasse grãmaticos, vt his duabus pręposítiuis quarum vtraq;, τό.υ. & .ι. potest assumere τῷ .ο. adderẽt .υ. tãtũ τῷ .ε. vero τὸ .ι. vt cum λέοντα pducimus, λέουσι dicimus, non λέοισι: et cũ θέντα, θεῖσι, non θεῦσι.

¶ Qui toni ex quibus fiant, unde præteritorũ demõstratio pendet.

Ex duobus grauibus, quorum alter sit scriptus. (Nam ex duobus mẽtalibus nullus fit scriptus δημοσθένεϊ δημοσθένει) fit vnus acutus: Ex acuto & graui fit circũflexus: Ex graui et acuto acutus: cum hoc ita se habeat, si addideris vł detraxeris grauẽ, mutationes efficies tonorum, quod antea dicebamus: ex acuto tollas gra-

uem,sit grauis : ita acutus mutatur
in grauem: graui addas grauem,fit
acutꝰ, ita grauis mutatur in acutũ:
acuto adiungas grauem, fiet circũ-
flexꝰ: ita acutꝰ mutat̃ in circũflexũ:
facillime nanqꝫ vel addimus,vel de-
trahimus grauem,cum non sit pro-
prie tonus:& syllabæ tantum serui
at.Grauis non mutatur in circũfle-
xum : quia opus esset addere acutũ:
quod si acutus adderetur,& detrahi
vtiqꝫ posset:quod eius naturæ est dis
sentaneum.

¶ *Quod nulla dictio possit carere tono, et ideo neq; tempore,quodq; aliud sit tonus, aliud tẽpus.*

Tempus est, quod statim sylla-
bam sequitur,& tono subijcitur,cui
etiam tonus est comes, & ex eo pẽ-
det,pro tempore enim variatur to-
nus:Tempus est veluti corpus sylla
bæ:tonus veluti totius dictionis a-
nima, atqꝫ ita nulla dictio sine aliq̃
tonorum potest esse, quo insigniat̃:
Gra-

Grauis.n.syllabicus non signatur, ne si q̃libet syllaba signaretur, prę≠dominans tonus nos lateret, & certe dictionē dehonestarent tot virgulæ: A priscis nulli apices sunt scripti; hoc posteriorum grammaticorum fuit inuentum, dum voluerunt omnia anxie nobis tradere: neq; id malo consilio, sic nanq; minus hac parte peccari potest, & facilius percipi res vt varia ita et difficilis: quę olim non nisi pręceptis poterat addisci, nunc vsu etiam: facilior profecto fuisset tonorum ratio: si Græci sicut latini vltimam syllabam non attigissent, & res ex penultimę tantũ quantitate penderet. Vt vero nulla dictio sine tono esse potest, ita nulla est quæ duobus notetur proprijs, vterq; siquidem tonus suam postularet prolationem in dictione, quod eodem tempore fieri nequit, vt bifariam eandem dictionem proferam⁹: Nam q̃uis toni essent ijdem: variaretur prolatio pro ratione syllabæ, in

qua

qua tonus collocaretur. Porro neq; illud nos lateat, aliud esse tempus, aliud tonum, sicut aliud acutũ & graue, aliud lõgum & breue: neq; enĩ idem est acutum, & longum, graue & breue Διογένης acuta est penultima, breuis tamen, longa est vltima, grauis tamen. Atq; hec in vniuersũ preponenda duximus, vt ad alia expeditiores accederem⁹, nec quisquã subesset scrupus, vbi hesitandum esset alio properantibus.

¶ *De tonorum Natura Regulæ*

Acutus omnium tonorũ præstantissimus alios omnes libertate anteit, collocatur in tribus locis, prout natura dictionis feret, in vltimo, siue vocalis fuerit lõga, siue breuis, in penultimo et antep. (vt diximus prius) in antepenultimo tamen nõ potest poni si vltima sit longa, sed in penultimo sinon in vltimo: in penultimo potest collocari, tam breui ꝙ longa vltima, ὀλίγος, πονήρως. Circũflexus

us,cum ex duobus constet tonis,syllaba,quæ sit longa natura,est fulciendus,vt diuisa duos tonos possit cōtinere ergo nec supra breuem,nec supra longā positione poni potest, nisi eadem sit etiam longa natura,vt πρᾶγμα, πρᾶξις,πρᾶξαι, pro quibus iones dicunt πρῆγμα πρῆξις,πρῆξαι. α.lōgum mutātes in.η.nā si quia positione est longum.α. circumflexū haberet,eadē ratio esse deberet ī his & similibus τᾶγμα, γρᾶμμα, quæ pena cui debent:μᾶλλον etiam et θᾶττον penāflectuntur quia producnnt natura:hic igitur tonus supra longam natura debet poni,& positus in penultima, vltima syllaba debet esse breuis:Ratio est,qa si vltima longa poneretur in penultima circunflexus,acutus vltima etiam longa reperiretur in antepenultima: quod esse non posse modo statuebam9: De hoc tono hæ sunt regulæ : Circūflexus ante duas syllabas non ponitur.Vltima syllaba longa ex contractione circū

circunflectitur, si in penultima integri erat acut⁹. Omnis syllaba natura longa, ante finalem breuem, in vna parte orationis, si in se habeat accentum debet circunflecti. Ratio primę regulę est, quia acut⁹ ãte tres reperiretur. Ratio secundæ quia omnis contractio ex acuto & graui circunflectitur. In tertia regula dicitur in vna parte orationis propt̃ has & similes εἴθε, μήτε, q̃ duæ sũt partes. Dictũ est in secunda regula, si in penultima integræ dictionis erat acutus; quia alioqui nullum habebit tonũ vltima, sed ea syllaba penacuetur, quæ ante contractionem erat ãtepenultima, & post cõtractione penultima: Excipiẽda nomina metallorũ χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος quæ sequitur κεράμεος, circumflectẽtia vltimam, cum tonus nõ assequatur eas syllabas quæ contractionem patiũtur: His adiunge illa nomina, quę colorem & materiam significant πορφύρεος πορφυροῦς λίνεος λινοῦς ἐρέεος

ος ἱερεοῦς: quæ in plurali non circum-flectũtur in neutro, vt tradunt technologi, nã cum dicamus ἱερεοῦν λινοῦν in plurali dicimus ἱερεᾶ λινᾶ, attici tã singularia, quam pluralia circunflectunt ἀργυρᾶ χαλκᾶ πορφυρᾶ χρυσᾶ Hęc duo ἀδελφιδοῦς ab ἀδελφιδέος, ϑυγατριδοῦς a θυγατριδέος similẽ rationem sunt sequuta.

¶ *De Atticorum nominum tono, ubi etiã de diphthongis αι, οι.*

Dicebamus vltima longa. Nomẽ non posse antepenacui, id contra esse factum videmus in nominibus atticis. Sciẽdum est igitnr, Atticos in pprijs genitiuis, & rectis cano nẽ violare, idq; ea ratione, quod vereãt vtiq; cõmuniũ tõos mutare aut postponere, quorũ sũt obseruatissimi: Cũ ergo cõmunes dicãt μενέλαος, & attici lõga in breuẽ, & breui in longam mutata μενέλεως, eodem tono proferunt, Cum communes ὄφιος in antepenult, Attici ὄφεως, in eadẽ

eadem enunciant, ſed dicat aliquis, cur in genitiuo non dicunt μενελέω tono in penultima cum communes dicant μενελάου, atq; ita in aliis casi bus cõmunium tonos non ſeruant? Illud ideo fit, quia cum cœperunt caſum aliquem antepenacuere, re-liquos item caſus antepenacuũt e-undem tonum mordicus ſeruantes: qua de re aliquid in quarta declina-tione dicemus.

Diphthongi αι. οι. quod ad proſodias attinet, breues exiſtimantur, atq; i-deo ſi in vltima ſyllaba ſint, nec ſe-quatur conſonans, tonus eſſe poteſt in antepenultima, vt ἄνθρωποι, & cir cumflexus in penultima, ſi reliqua omnia id patiantur, vt οἶκοι, ἡμέραι, μοῦσαι. Quod ſi coſonans ſequatur, longæ ſunt, nec quicquam tale acci det, οἴκοις, μούσαις, ἡμέραις ἀνθρώποις, ἀνθρώποιν. Talis eſt harum diphthõ gorum natura, præterquam in o-ptatiuis. προσήκοι ποιήσοι, ποιήσαι, et ad uerbiis, οἴκοι χαμαι, excepto πάλαι

vbi

vbi αι breuis eſt,id quod apparet ex compoſito πρόπαλαι, Præterea in cõ tractis breues eſſe non poſſunt, λη/ τοῖ,σαπφοῖ.

¶ *De natura huius uocalis.ω. quæ quandoq; reſpuit circũflexũ.*

Quia dictum eſt ſuperius,circũ flexi ſedẽ eſſe vocalẽ lõgã natura,ſci re oportet hãc vocalẽ ω. duob⁹ mo dis nõ admittere circũflexũ cũ debe ret. Altero ſi in fine caſ⁹ ponat̃,λεὼ νεὼ:Nanque illa κυκεῶ πσδλῶ, ἱδρῶ, λῶ ſyncopen ſunt paſſa:ὁδῷ vero σο φῷ & ſimiles datiui nõ ω,ſed .ι. hñt in fne,quæ nunc ſubſcribitur, olim adſcribi ſolita : Dictum eſt in fine caſus ,quia in fine verbi circcumfle cti poteſt, πιῶ, χρυσῶ,τυπῶ, Altero, ſi ante .ι. purũ ponatur, nam tunc nullo modo circumflectetur, ſed vel acuetur, vt νωΐ ξωΐ,vel antepenacue tur, vt μίνωϊ,ἥρωϊ.Νῷιν σφῶιν:ideo fa cta ſunt Νῷν σφῷν.Νὼ vero & σφὼ re iectione τοῦ ι.facta ſũt a Νῶι & σφῶι,

quia

quia numer⁹ dual. i. ι. nõ poteſt deſinere neq; vero circũflectũtur quia præterq; quod nullus nominatiuus circũflectitur, niſi ex cõtractione, ω, πηλίκον πηλικόν reſpuit circumflexum.

Nũc ſupereſt ſingularũ dictionum tonũ inueſtigemus octo partiũ orationis ordinem ſequuti, quia eam rationẽ Theodoro videm⁹ placuiſſe cuius methodus in docendo tam ſeſe omnibus probare debet quam quæ ariſtotelicę eſt ſimillima: Neq; vero quis a me anxiã & nimis ſuperſtitioſã inquiſitionem in his tradendis exigat, nam pręterq̃ quod liber in molem nobis excreſceret, ea res addiſcentibus minime eſſet futura vtilis. Eorum igitur canones trademus, quæ ad eos non inuita venerunt, quæque antiquis grammaticis curę fuiſſe cognouim⁹. Reliqua vſui cõmittem⁹, q. vt eſt optim⁹ magiſter, hic certe plurimũ poteſt; ea ſeſe vel mediocrĩ ĩ lectiõe ex

ercitato vltro offerẽt: quę hic pręcipiemus ea sũt, quę cognita nõ paruæ erũt & vtilitati & ornamẽto linguæ gręcæ studiosis, quęq; lõga lectio vix tãdem fuisset præstitura.

¶ *De nominũ primæ declinationis tono.*

Ac primum de desinentibus in ας, postea de terminatis in, ης, agendũ: cũ hi duo sint huius declinatiõis fines: quam rationẽ vbiq; seq̃mur, ipsarũ litterarũ ordine seruato, nisi cum res non feret,

Desinẽtia in ας cõmunia penacuũt ἀινέιας, ἑρμέιας, ἀυγέιας παρέιας ὄφις: quę ει habẽt in penultima, & quædã quę ι. tãtum κοχλίας, ἀνανίας, παρίας λίθος. Quę ante ας habent. ε. contracta circumflectuntur in ῆς. ἑρμέας ἑρμῆς, θαλέας θαλῆς milesius ἀπελλέας ἀπελλῆς q̃ p ου: ποδέας, πόδῆς quod ablato. σ. dorice declinatur: sed nõ õnia, neq; . n. dicimus ἀνδρέας, ἀνδρῆς. Dorica vero in as quæ Theodorus quartæ

sub

subijcit quia ablato .σ. flectũtur, quædam penacuũtur polysyllaba ἐπαμινώνδας, quædam circumflectũtur θωμᾶς κοσμᾶς, quibus adde etiã nonnulla polysyllaba μαρικᾶς Aristophani. Λᾶας penãflctit de quo nomine quid antiqui sẽserint subiũgam, λᾶας duo significat nomẽ propriũ λιθοκλύφου, & lapidem, differunt vero duobus modis, tẽpore, & declinatione, proprium longũ habet α, appellatiuum breue, & propriũ abiecto ς, declinatur: appellatiuũ vero imparisyllabice λάαος, a quo genitiuo fit iterũ nominatiu⁹ λάαος vt a καππάδοκος genitiuo ὁ καππάδοκος.ου. et per metalasmũ καπποδόκης: D.G. Nazãzen⁹ τοὺς ἐμοὺς καππάδοκας tono in penultima dicit, tãquã a noĩe primæ, cuiꝰ accusatiuus pluralis longam habet vltimam: præterea ab illo nominatiuo contractis αο. in. α. fit λάας λάα dorice, vel λάου, sicut integrum. Deinde ab illo genitiuo λάαος crasi duorum α α. in. α. sicut κέραα.α. fit gen
geni

gtũs λᾶος, vt hom. ἰλιάδ. μ. λᾶος ὑπὸ ῥιπῆς, postea hic gtũs fit nominatiuꝰ mutando αο in α, λᾶς λᾶ, significatq; fluuium, urbem, & lapidẽ apud Orpheum: ita tradiderunt antiqui: quo modo non uidetur penan flectendũ. Theodorus tamen Gaza & penan flectit, & ablato σ declinat pro lapide λᾶας λάα, atq; inde (ut ego censeo) fit λᾶς λᾶ, sed quod etiam λάαος declinetur in genitiuo, testatur gtũs λᾶος. Deniq; terminata ĩ ας fere penacuũtur omnia, fere inquã, propter quędã Dorica, quæ circumflectuntur.

¶ De *desinentibus in* *ης.*

Desinentia in ης. quę ad hanc declinationem pertinent plurima penacuũtur χρύσης ἀγχίσης: Desinentia in της ita se habent: Quæ duas syllabas excedunt facta a tertia persona præteriti passiui verborum circumflexorum acuuntur. At πεδήτης, ἀλήτης, κομήτης, πλανήτης, & similia.

a no-

a nominibus fiunt πέδη, ἄλη, κόμη, πλάνη: quibus adiunge quædam dissyllaba, quę, vt tradunt, a prima psona suorum verborũ fiunt vt a βῶ βήτης vnde διαβήτης, a κτῶ κτήτης vnde φιλοκτήτης a πρῶ πράτης vnde λωποπράτης Iudas a Gregorio Theologo dicitur: Quæ nomina si verbi futurum habet .η. eandem habent in penultima, si .α. item α: quare facilius a futuro deduceretur. Hoc nomen αἰχμητὴς horum tonum non est sequutum, atque ideo dicendũ fieri non ab αἰχμὴ sed ab αἰχμάζω αἰχματὴς mutatione τοῦ α. in .η. αἰχμητὴς ὁ πολεμικός.

Quæ fiunt a tertia persona prẹteriti passiui tertię couiugationis si habeant .ω. in penultima, acuũtur, vt regula prædicta dixit χρυσωτής, μισθωτής: Quod si .ο. habuerint, in penultima habent tonum, ἀρότης, ὁμότης, quibus adde dissyllabum δότης, & compositum, προδότης: δεσμώτης, quamuis habeat .ω. penacuitur, qa

non

non descendit a uerbo, sed nomine δεσμὸς, & natura poscebat ο, sed usus obtinuit ω. tanquam a futuro δεσμώσω: Verba enim tertiæ coniugationis, quæ habent nomen coniugatum a quo fiunt ω. habent in penultima futuri, δεσμώσω, quia δεσμός, χρυσώσω, quia χρυσὸς quæ uero nullum tale nomen habent, ο, ut ἀρόσω, ὀμόσω. His annectenda illa regula desinentia in της uerbalia supra duas syllabas natura longam habentia penultimam acuuntur βραβευτὴς, ἀθλητὴς, ποιητὴς, ὀρχηστὴς χρυσωτὴς, ἱδρυτὴς, χηρωστὴς. excipe κυβερνήτης, & οἰκήτης. Hec regula plura complectitur, quam predictæ. Desinentia in της dissyllaba sua natura, masculina grauantur δότης, πλύτης, κράτης, ψάλτης, dissyllaba natura dicitur propter λῃστὴς quod est a trisyllabo ληϊστὴς factum, κριτὴς acuitur, quod cum præpositione compositum etiam acuitur, προκριτὴς, ὑποκριτὴς, cum nomine penacuitur δικαιοκρίτης quod non abs re uidetur

 factum

factum, quia cum est simplex contra rationem acuitur, debuit nanque grauari propter eam regulam, quam modo attulimus de dissyllabis. De compositis tamen plura inferius, ubi simpliciũ tonum tradiderimus.

Desinentia in της quę habent penultimã in immutabilem desinentem, nec assumunt σ, in genitiuo, nisi fuerint participialia, grauantur, ὑφάντης, ἀγύρτης, εὐφράντης: ἑκοντὴς uero, & ἐθελοντὴς participialia. Attici tamen acuunt καθαρτὴς, ἀμωτὴς ἐπὶ βοηθοῦ, φαιδρωτής, ποικιλτής, καλλωτὴς, πρᾳωτής.

Desinentia in της, masculina, quæ purum habẽt τ, & penultimam breuem supra duas syllabas simplicia etiam grauantur ἀρέτης, ἐργάτης, obseruatur εὑρετής, acutum. Ideo hæc λυριστὴς, λεπιστής, acuuntur, quia τ, est impurum, μαθητὴς μαχητὴς ἀθλητὴς acuuntur, quia penultima longa.

Denique terminata in της, quæ ante

tet, purum non habent uocalem longam, nec σ, plurimum penacuuntur ἀλείπτης, διώκτης, ἐπόπτης, ῥύστης σ habet, & grauatur, Item μύστης dissyllaba, & similia, quę a pręterito passiuo sextę coniugationis fiunt.

Desinentia in της, quę fiũt a noĩbus terminatis in ος, habẽtia ι, in penul. fere penacuũtur, τόπος, τοπίτης μέσος μεσίτης.

Sũt alia quę a nominibus fiunt habentia ω, in penultima, quę etiam tonum habent in penultima, ut ἠλειώτης, στρατιώτης, ἰδιώτης, πατριώτης, pro quo barbari male dicũt συμπατριώτης.

Sunt item alia a nominibus facta, in της pręcedente σ, desinentia & ε, habentia ante σ, naturam adiectiuorum sortita q̃ acuũtur; si talia non sint, grauantur, ἄργος, ἀργεστής, κῦδος, κυδεστής. ὀφελέτης ab ὄφελος, proprium est, nec habet σ. Item ὀρέστης ab ὄρος, μνηέστης a μνῆος propria sunt & ideo grauantur.

Addamus si placet illud ὡς ὑπέρμετρον: quædam ab ὠνέομαι facta ω habere in penul. & penacui ὀπωρώνης, βοώνης, ὀψώνης & similia, quæ innumera sunt.

¶ *De tono nominum secundæ.*

Imprimis regulam quãdam ad scribemus, quæ multis uerbis a grãmaticis affertur. Dehinc quæ ea nõ uidebimus complexa, ut quæq; in manus uenient, subijciemus, atque hæc regula tantum de terminatis in α. loquitur.

Desinentia in ια. fœminina, unius generis, supra duas syllabas, quę nõ descendunt a nominibus in ευς, aut υς, aut ης, aut a uerbis in ευω. neque a penanflexis in ῶν, neque a simplici composita retinentia ει diphthongum, nec habentia neutrũ in ον, nec antepenacuta facta ex crasi, neq; attica. Talia inquã nomina per ι. scribuntur & α extendunt, atq; ita penacuuntur, ἀνία, ξενία, γωνία, ἠρεμία, ὀφθαλμία, καρδία. Addidimus in re

gula

gula (unius generis) ꝓpter ea quæ a nominibus masculinis in ςος de scendunt, quę penacuũtur quidem, sed per ει scribuntur, (supra duas syl labas) propter hęc μνεία χρεία & si= qua sunt alia, quæ per ει, tonum ta men aliorum seruantia (quæ non ue niunt a uerbis in ευω nec a nomini bus in ευς, ης, υς) propter δουλεία & similia, βασίλεια, ἐυσέβεια, ταχεῖα, quæ per ς, illa a uerbis in penulti ma acutum. Hæc a nominibus in ευς & ης in antepen. quæ uero a no minibus in υς circunflexum in pe nultima, de quibus postea, non com posita a simplici. quia a δεία quod ἔνδειαν significat, fit συνοδεία (quę nõ habent neutrum per ον, propter ἐλε γεία (quę non antepenacuuntur per crasim facta) propter ὑγίεια, ὑγεία, (quæ non indicant discrimen) pro pter ἀνδρεία ab ἀνδρεῖος & ἀνδρία. i. fortitudo quorum idem est tonus, non eadem scriptura (quę non sunt attica) propter ἱέρεια, εὔκλεια, θύεια,

quæ ultimam habent longam. Nomina, quæ ab ἦθος & κέρδος fiunt uaria sunt φιλοκέρδεια, φιλοκερδία, ἀήθεια ἀηθία. Item quæ a πάθω & μαθῶ facta descendunt; εὐμάθεια & εὐμαθία, εὐπάθεια & εὐπαθία. Præterea προμήθεια, & προμηθία, εὐέπεια & εὐέπεια: ὠφέλεια & ὠφελία, εὐμάρεια & εὐμαρία: οἰκωφελία κοινωφελία, & ἀμαθία per ι, solum dicimus. Hęc regula orthographiam etiam docet, ex qua quantitas in multis, & ex quantitate tonus pendet. Vt præter ea, quæ sunt dicta eorum quæ αι habēt in penultima, α, pura: si sint dissyllaba, quia ultima est breuis, circunflectitur penultima μαῖα, γαῖα: si polysyllaba, quia longa ultima, penultima acuitur σεληναία & similia poetica, de quibus postea. Item desinētia in ρα si habēt in penultima diphthōgum, breuis est ultima, & penultima circumflectitur, ut μοῖρα: excipe φαίδρα, σαῦρα, αὖρα, λαῦρα, quæ penacuuntur: si monophthongum longa ultima

tima penacuuntur, πῆρα.

Desinentia in λα & θα acutum in penultima λῆδα, κισαίθα. Aduertendum esse multa quę hac regula nō compręhendimus, alium tonum habentia, quorum uarietatem reliqui canones docebunt, si prius illud dictum sit. Nominum quæ per ε, scribuntur, penultimam plurimum antepenacui, quę per ι, penacui, huius regulæ diuersitas partim ex iam dictis, partim ex ijs quę dicentur, apparebit.

Nomina contentiua alicuius rei tonum habēt in ultima, atq; hęc affertur regula. Nomina in ια, quę congregationem significant, seu alicuius rei sunt contētiua, appellatiua, tonum habent in ultima λαλιὰ, παιδιὰ, πυρκαϊὰ, ἀχυρμιὰ.

Desinentia in ια, fœminina, quę a futuris fiunt, penacuuntur, ὀσία, ἐξουσία, προλογία, πρασιὰ uero & αἱμασιὰ contentiuorum rationem sunt sequuta.

Desi

Desinentia in έα & όα in penultima ἰτέα, συκέα, ἐγχέα: deinde ἐγχεία poetice eodem tono, quamuis ea quę rem significāt per εια, in antepenultima habeant tonum. Et dissyllaba ῥέα, θέα spectaculum. θεὰ dea. πόα, χρόα, ῥόα, quę si accipiant ι, in ultima habent acutum, ποιὰ, ῥοιὰ, χροιὰ.

Desinentia quędā in αια per extensionem facta ita se habent: Si primitiuum est dissyllabum & habet tonum in ultima, hęc habent in penultima facta paragoge ἀυλὴ ἀυλαία. Si primitiuum in penultima, deriuatiuum in antepen. a φώκη φώκαια, a νίκη νίκαια. Quod si primitiuum duas syllabas excedat, tonus erit in penultima σελήνη σεληναία, ἀθήνη ἀθηναία, a quo si auferas ι, fit ἀθηνάα & crasi ἀθηνᾶ: Cum tonū dico simpliciter, acutum intelligo. Sed quia facta est mentio extensionis, obiter annotabimus esse multa quæ extēduntur etiam per εια, πηνελόπη πηνελόπεια, ὑψιπύλη ὑψιπύλεια, θεσσαλονίκη θεσσα

λονίκεα, σεβασὴ σεβάσεα, χώνὴ χώνεα, ἐρήμὴ ἐρήμεα, quæ omnia habent tonum in antepenultima.

Desinentia in ηα supra duas syllabas in antepen. ἄρπηα, μῦα dissyllabum penan flectitur: Tria notãtur a grammaticis, ὀργυιὰ μηρυιὰ, ἀγυιὰ ἡ ὁδός. Homerus tamen dixit μέσηυ ἐς ἄγυιαυ ἰοῦσαι in antep. Sic enim quidam antiquorum scribunt.

Quæ a nomine νοῦς emanant, in antep. habent ἔννοια, ἄνοια, ὁμόνοια, ἄνοια & ab ἀγνοέω ἄγνοια.

Præterea sciendum composita a τύχη, φυὴ & ἔτος per ι, tantum scribi in penultima: & habere in ea tonũ εὐτυχία εὐφυΐα πολυετία raro per ει. χιὰ, ζεὰ, & ea quæ substantiam significãt in ultima: μυΐα & χρεία in penultima, quia rei significãtia. Demum sunt quædam nomina mulierũ officia significantia, quę habent tonum in antepenultima in ια, desinentia ρ præcedẽte, προξενήτρια, ποιήτρια, συμπότρια, προμνήστρια.

Desinen

Desinentia in α. precedente conso-nante ultra duas syllabas tam composita, quam simplicia, plurimũ antepenacuuntur ἄμαξα, Διάπυρα, quod magis usitatũ est ꝙ simplex, ἀνάπαυλα, μέριμνα. Desinẽtia in ινα, antepenacuuntur, & per ι, scribuntur: praeter πεῖνα, αἴγινα, βέλινα, καμάρινα, urbium propria, ἄγριννα equae nomen.

Desinẽtia in ρα ultra duas syllabas plurimum antepenacuuntur, ἐσχάρα λάγαρα, κιθάρα: dissyllaba acuuntur χαρά, ἀρά, δορά, φθορά, quędam praecedẽte υ, penacuuntur λύρα, θύρα. πυρά a πυρός acuitur: illa in quibus η, praecedit, penacuuntur, πήρα, θήρα, ἥρα, φηρά acuitur Homero Iliad. α. ad de illa quę ω habent in penultima, χώρα, ὥρα penacuta.

Desinentia in ρα, polysyllaba, quę fiunt a masculinis in ηρ in antepen. βωτιάνειρα, δημήτειρα, καλλιάνειρα, Δάειρα etiã ἡ περσεφόνη, quanq̃ a masculino in ηρ non fiat sed ἀπὸ τ̃ Δᾳδοῦχ, φ ipsi ardentibus tędis mysteria peragerẽtur

gerentur. Quià desinentia in ρα polysyllaba quibus est in penultima ε, antepenacuuntur λότρα, σώτειρα; ψάλτρια, γενέτειρα. Desinentia in σα, si penultima longa, plurimum penãflectuntur dissyllaba, antepenacuuntur polysyllaba μοῦσα, ἔχουσα, ἔμπουσα, & participia fœminina δοῦσα, τύπτουσα, de quibus per se postea, est enim aliqua uarietas.

¶ De desinentibus in ῆ.

Desinentia in ῆ, pelliũ aut uestiũ nomina in penultima, quę cõtracta circunflectuntur παρδαλέη, λῆ. λεοντέη τῆ. κυνέη, κυνῆ. λυκέη, τραγέη, quę adiectiua sunt ionice per ῆ. scripta, & intelligitur δορὰ, quo modo Latini dicunt leonina, lupina, uulpina, intelligentes substãtiuum uestis, aut pellis, aut quid simile. Poetę dicunt λεοντείη, κυνείη producta penultima diphthongo. Herodotus ἀνθρωπείη dixit, id est uestis humana, ut dicitur αἰγείη, & λυκείη.

His

His similia sunt arborum nomina in εα, quæ circumflectimus communiter, συκέα συκῆ, ἀμυγδαλέα λῆ. Item alia quędam in εα, γαλέα γαλῆ, νέα νῆ. id est, σελήνη.

Desinentia in οη præcedente aspirata penacuuntur χνόη, χλόη, φθόη, si sint dissyllaba, ut annotauit Thęodorus.

Desinentia in υη dissyllaba in penultima, ψύη, δύη, λύη, φυὴ acuitur.

Desinentia in η pręcedente consonante, dissyllaba alia acuuntur, ἀφὴ βαφὴ, ἀκμὴ, πληγὴ, τυπὴ, λαβὴ, ᾠδὴ, φωνὴ στολὴ: & quæ a præterito medio; alia grauãtur, τύχη, ῥώμη, πάγη, id est, rete, δίκη, κόμη, βλάβη, quia βλάβος ἥβη Polysyllaba item alia acuũtur ἀρετὴ ἀμοιβὴ, διωρυχὴ (nõ διωρυγὴ, quãuis pręteritum med. sit διώρυγα. Sunt enim nonnulla talia nomina, quę fiunt a præterito actiuo.) Sunt alia, quæ grauãtur ἀγάπη, ἀπάτη, μελέτη, μελεδώνη, & alia ut sequentes canones docebunt.

Desinen

Desinentia in δη dissyllaba, quæ in penultima non habent diphthongũ, ibidem habent tonum σίδη, nomen urbis, ἴδη, κράδη, ἡ συκῆ, κνίδη herba, εἴδη ὁ δεσμός. Quę uero habent diphthongum in ultima σπουδή, αὐδή.
Desinẽtia in κη supra duas syllabas habentia in penultima ι, in eadẽ habẽt tonum, ἑλίκη, μυρίκη, φοινίκη, excipe αἴκη, sicut φυλακή.
Desinentia in ωκη duo acuũtur, ἀκωκή ἡ ὀξύτης τοῦ βέλους & ἰωκή: unum grauatur σκώκη nomen urbis. Desinẽtia in λη in penult. κίχλη, ὁμίχλη, χύτλη, πύλη, κρωβύλη, ubi est obseruandũ nullũ esse nomẽ fœmininum in λα, sed in λη: errãt enim qui dicũt κίχλα, & ὁμίχλα nisi ante λ sit alterum λ, ut σκίλλα, κίλλα, ἅμιλλα, πέλεσιλλα. Ex quibus dissyllaba in penultima. Polysyllaba in antep. Ergo desinẽtia in λα alterum λ, habẽt: desinẽtia in λη non itẽ. σαφυλὴ uult Ptolomæus Ascalonites circumflecti tã pro instrumẽto, quam pro fructu

Desi-

Desinẽtia in λη, fęminina unius generis, quæ in penultima habent diphthõgum, nec habẽt compositionis intellectum (ut δείλη παρὰ τὸ ὑπόδειν τῆς ὕλης) omnia acuũtur, αὐλὴ, ὠτειλὴ, ἀπειλὴ. οὐλὴ παρὰ τὸ λελῶσθαι: οὔλη πρὸς ἀντιδιαστολὴν grauatur: δειρή, τράχηλος, si habeat diphthongum in penultima acuitur, si tollas ι, grauatur δέρη, at στείρη contrario se habet modo, diphthongo enim grauatur, monophthongo acuitur στερή. Hæc ideo adiunxi quod de his nominibus δειλὴ & οὐλὴ sit facta mentio.

Desinentia in μη unam uocalem habentia in penultima, grauantur, φήμη, βρίμη, excipe ἀμή. quæ uero ante μ, habent aliam consonãtem acuuntur, γραμμή. Sũt quędam in μη, quę habẽt neutrum in μα, βρῶμα, βρώμη, μνῆμα, μνήμη, τρῶμα, τρώμη, idemque significant neutra & fœminina, oĩa grauantur.

Desinentia in ονη, si substãtiã significant, tonum habẽt in penultima, βελόνη

ϛελόνη, πόρόνη ἀγχόνη laqueus, Si uero rem in ultima ἡλονὴ, καλλονὴ, ἀγχονὴ ἡ ἄγξις. Desinẽtia in ωνη per ω μέγα in penultima κορώνη, μεθώνη, κολώνη, q̃uis nomẽ κολωνὸς acuatur.

Desinentia in οσύνη, substantiua actionis alicuius & affectus significatiua, qualia sunt apud Homerũ frequentia in penultima habent tonum κερδοσύνη, παλαιμοσύνη, βροτοσύνη, ταρβοσύνη, τοξοσύνη.

Desinẽtia in νη quę ante finem habent ρ, dissyllaba grauantur, præter φερνή.

Desinẽtia in τη, habentia in penultima monophthõgũ, in eadẽ hñt tonũ ἐρέτη, μελέτη, ἀφροδίτη, ἀμφιτρίτη. Dicimus tamen ἀρετὴ in ultima.

Desinẽtia in φη υ, correpto prçcedẽti, in ultima κορυφὴ, ξυφὴ. Sunt quędam in η, quę in ultima & penultima habent eandem consonantem, a uerbi themate facta, quę acuuntur ἐλωλὴ ab ἔλω, μονωνὴ a μένω, αγωγὴ ab ἄγω. his adde illa quę a thema-

te

thematе etiam fiunt addito ή, ῥῶ ῥωὴ ζῶ ζωὴ, θῶ θωὴ, a φῶ tamen φωνή alio qui deſinentia in ωνη ω prǫcedenti, grauantur.

Deſinentia in η fœminina acuta diſ ſyllaba, quæ in cõpoſitione nõ ſunt facta propria, ſi cum præpoſitione acuuntur, ἐπιτομὴ ἀνατομὴ, ἀνατολὴ, ἐπιτολὴ, ἐπιῤῥοὴ, ἀναῤῥοὴ tamẽ: grauã tur ἰσοδόκη πανδοδόκη, ὑδροῤῥόη, οἰνοχόη.

Deſinentia in ή, quæ fiũt a maſculinis in ος: ſi maſculina habent tonum in ultima, fœminina in penultima δαναὸς δανάη. Si maſculina in penultima, illa in ultima, πόθος ποθὴ χόλος χολὴ, ὦνος ὠνὴ, νόμος νομὴ, ῥόος ῥοὴ, βίοτος βιοτὴ addẽdum. Dicitur tamen μύλος μύλη, κόγχος κόγχη, φίλος φίλη tono non mutato. Ratio eſt, quia ſignificatio non eſt mutata. Quod ſi fiunt a neutris, idẽ tonus ſeruatur σκέπος σκέπη, ςέγος ςέγη, βλάβος βλάβη: niſi dicas hęc ab illis eſſe deducta.

Nec

Nec uero est dissimilis hæc regula.
Desinentia in η, fœminina cum consonanti habentia ο μικρὸν in penultima acuuntur, si descendant a uerbo in cuius penultima sit ε, tãtum, στρέφω στροφὴ, τρέπω τροπὴ, ῥέπω ῥοπὴ, σπονδὴ, νομὴ, ὁλκὴ, πλοκὴ, φορβὴ, πόρπη uero in penultima, quia aiunt fieri a πείρω, in cuius penultima non est ε, tantum.
Quædam in η, quæ addito σ, faciũt genitiuum in ου, grauantur λέσχη, λέσχης, ου. πλάτη πλάτης ου. ἄκτη ἄκτης. ου ἀράχνη ἀράχνης ου. χάρτη χάρτης ου.
Sunt quædam præterea, quę fiunt a genitiuo quintę ἅρπαγος, ἁρπάγη, σώφρονος σωφρόνη, πέρατος περάτη, χιόνος χιόνη, κάλυκος καλύκη, & grauantur.
De tono fœmininorum in adiectiuis partim in tertia, partim in quinta loquemur. Et singula suis in locis dicentur, quo facilius omnia in suis ueluti Narthecijs inueniantur.

¶ *De tono nominum tertiæ declinationis.*

Tonus nominum tertiæ declinationis partim ſumetur a principio, partim a medio, partim a fine, & talis erit tonus, prout hoc aut illo modo ſe habebit nomen. Et quia duę ſunt terminationes huius declinatiōis, de finitis in ος, imprimis agemus: Dehinc de terminatis in ου quia horum tonus ex illorum tono ſæpe erit metiendus. Ac canones quidem præcipuos trademus illis reiectis, qui parum utilitatis uidebuntur continere, quique undeuis poterunt peti.

Deſinentia in αιος, ſi ante αῖ habeāt χ, penanflectuntur ἀρχαῖος, ἐξοχαῖος, excipe ἀχαιὸς & εὐρυσιχαιὸς in ultima.

Deſinentia αιος, quę in prima ſyllaba habent immutabile penāflectuntur ἑρμαῖος, χερσαῖος, ὀρφναῖος, alij tamen ἕρμαιος dicūt. Quę uero habēt in priori ſyllaba ι, antepenacuuntur, βίαιος, τίμαιος, quę a fœmininis

in α, uel ε descendũt. Desinẽtia in αιος, dissyllaba triũ generũ, oxytona βαιός, σκαιός, λαιός, φαιός quibus adiũgẽda illa polysyllaba ἠβαιός quod a βαιός factum uidetur præposito η, γηραιός, δηναιός, ne si grauentur typum habeant possessiuorum, sicut ῥωμαῖος, adde παλαιός, ab ἀγορὰ fit ἀγοραῖος & ἀγόραιος duplici significato ab ἀγέλη fit ἀγελαῖος, ut ἀγελαῖον ζῶον & ἀγελαῖος ἄνθρωπος, ὁ ἐκ τοῦ πλήθους, ὁ χυδαῖος, μάταιος in antepenul. Desinentia in λεος, quę a tribus orationis partibus fiunt in penultima a θαρσῶ uerbo θαρσαλέος, quis possit esse a θάρσος, si quis cõtenderit: a ῥίμφα, aduerbio ῥιμφαλέος ab ἄλγος mutatione τοῦ λ. in ρ, ἀργαλέος, uel etiã ab ἔργον mutando ε, in α, a δίψα, διψαλέος. Excipe δαιδάλεος a δαιδάλεος κονισάλεος a κονισάλεος. atqui αἰθαλέος ab αἴθω & αἰθάλεος in antepenultima ab αἴθαλεος, reperiũtur & nõnulla huius farinæ, quæ a nominibus in εος fiunt.

Desinentia in εος, quę fiunt a quibusdam uerbis in ευω, in ultima habent tonum σωρεύω σωρεός, & syncope σωρός, κελεύω, κελεός, λοχεύω, λοχεός, ἀλεύω ἀλεός, κηδεύω κηδεός: quidã faciũt κήδειος ut ab ἐπιτηδεύω ἐπιτήδειος a καθαρεύω καθάρσειος.

Quædam fluuiorum nomina scripta per ει, in penultima, tonum habent in ultima σπερχειός, ἀλφειός, πηνειός.

Desinentia in εος, quę uolunt fieri ab oxytonis in ος, ĩ penultima habent tonum acutum, ψεκτὸς, ψεκτέος, λεκτὸς λεκτέος, εὐκταῖος penan flect.

Desinentia in ισιος, in antep. ἀφροδίσιος, & hæc plurimum habent ι, in antepenultima: pręter ἀρκείσιος, σιμοείσιος, ἀπερείσιος, ἀλείσιος. Sunt etiã quędam in ιος, ab aliis facta antepenacuta, ubicũq; notẽtur primitiua. δαρδάνιος, αἰτωλὸς, αἰτώλιος, ἔκτοπος, ἐκτόπιος, ἐγχώριος.

Desinentia in ιος, quę penultimã habent breuem, & antepenultimã longam

gam antepenacuuntur μύριος, λύδι
ος: ita Herodianus, usus tamen obti-
nuit μυρία, ἀορίστως in penul. Neutri
autem & masculini idem est tonus
in his adiectiuis.

Desinentia in ιος, quæ fiunt a futu-
ro, antepenacuuntur ὀρθώσω ὀρθώ-
σιος, ἄσω ἄσιος, κτήσω κτήσιος, ἄξω ἄξι
ος ἀσπάσω ἀσπάσιος. ἀνεψιός tamen et
δεξιός acuuntur, excipies etiam πλη-
σίος si dicas esse a πλήσω.

Desinentia in ιος, tribracha in pro-
prijs penacuuntur κλονίος, χελίος, χρο
μίος, κλυτίος, ὀδίος, δολίος, τυχίος. Re-
pugnant ἅλιος, κρόνιος, ἄνιος ξένιος, si
non sunt propria masculina antepe
nacuuntur δόλιος, λύδιος, πύλιος,
φλόγιος.

Nomina auium desinẽtia in ιος, in
ultima ἐρωδιός, αἰγυπιός.

Desinentia in οος, dissyllaba omnia
grauantur πλόος, νόος, ῥόος, γόος. præ-
ter θοός quod acuitur, cuius compo-
sita grauantur. Et affertur hæc re-
gula, Desinentia in οος propria, quæ

uerbum θέω habent inclusum poly-
syllaba in antepen. πρόϑοος περίθοος, πάνϑοος, deinde πάνθους in uocatiuo πάνϑοε πάνθου. Verg.
Quo res summa loco Panthu?
Polysyllaba illa habẽt tonum in penultima ὀγλόος, ἁπλόος & similia multiplicatiua, ἀϑρόος, a quo non fit ἄϑρους, quia esse debuisset ἀϑροῦς, sed a nomine ἄϑροος, id est ἀϑόρυβος, ὁ μὴ ποιῶν θόρυβον.
Desinentia in οιος, supra duas syllabas penanflectuntur παντοῖος, ἀλλοῖος, ἑταιροῖος, γελοῖος, ita debuisset esse ἁμοῖος quo modo attici consentaneo utuntur: Communes tamen dicunt ὅμοιος: contra communes γελοῖος: attici γέλοιος, ut annotauit interpres Aristophanis: posteriores tamen attici circumflectũt γελοῖος.
Desinentia in ωος, quæ fiunt a nominibus in ωῖος, penanflectuntur πατρῷος, μητρῷος, & hæc sequitur neutrum προσῷον quamuis a πρόσοιον quod ideo uidebitur absurdũ,

quia dicimus πατρῷον a πατρώϊον rationabiliter, quia cum nullius syllabę fiat ablatio, sed tantum sit diphthongi mutatio, proprię in impropriam, tonus idem in eadẽ syllaba manet: in illis uero in ωϊος, sicut ex duabus syllabis fit una, ita ex duobus tonis unus, πατρώϊος, πατρῷος, ex acuto & graui circumflexus: Hæc regula sic traditur a non nullis: Desinentia in ῷος ι, subscripto penanflectuntur si sint supra duas syllabas, ἀθῷος a nomine θωϊὴ, quod debuerat antepenacui, sicut ἀκέφαλος a κεφαλὴ, ἀχελῷος: additum est ι, subscripto, propter λαγωός, πατρωός quod πατρικὸν significat: supra duas syllabas, propter nomen κλωός, quod significat κλοιὰ pondera ferri, quę a reis gestantur, ἄθωος uero ab ἄθω monte antepenacuitur (ut inquit Chœroboscus) ne concidat cum nomine ἀθῷος: alioqui nanque penãflectendũ, sicut μινῷος sub scripta ι, unde latini minoïus dicũt

Desinentia in θος, quę habent innatum τὸ θέω, in ultima βοηθὸς, ἀγαθὸς, στρουθός. Quæ non sunt talia, penanflectuntur: μῦθος, ζοῦθος proprium, ζῆθος, μόχθος, penacuitur, ὄλισθος antepen.

Desinentia in κος, quæ habent penultimam natura longam, nec formant a se fœminina, penanflectuntur, σῶκος, ἐπὶ ἑρμοῦ, φῶκος, obseruatur σηκός.

Desinentia in κος, unius generis dibracha grauantur, κρίκος τὸ κρικέλλιον. quod si acuuntur, id fit propter discrimē, ut δοκός, propter δόκον ἐπὶ τῆς δοκήσεως, excipe φακός, cuius φακῆ circumflectitur a φακέα, ut supra est dictum: κακός trium generum: Desinentia item in κος, polysyllaba præcedenti: α, adiectiua acuuntur μαλακός, φαρμακός, φυλακός, etiam acuit Aristarchus. ἰλιακ.ω.

Subscribemus hoc loco possessiuorum regulam, Quia una, ea complectitur, quæ multis regulis non satis asse-

aſſequeremur, talis eſt: Poſſeſſiua in κος (quibus adiunge illa quę apti tudinem alicuius, ſiue actum, ſiue naturam indicant) in ultima notã tur: βασιλικός, δρομικός, μουσικός, λογικός, (Dicimus ὑπερσωτέλικος in antep. ſed hoc facit decompoſitio) cũ poſſeſſiua díco, ſiue α, ſiue ι, ſiue ει, ſiue υ, ſit in penultima, uolo intelligi: Adde illa, quę typum habẽt poſſeſ ſiuorũ, ut ὀφθαλμικος ὁ τῶν ὀφθαλμῶν ἰατρεύων: Nã ſi uere poſſeſſiuũ eſſet, in gtũm reſolueretur. Quæ in ος, purum deſinunt, ſi monophthõgus præcedat, in antepenultima, οὐράνιος: ſi diphthõgus αι, οι, ῳ in penultima, ſi ει in antepenultima plurimum αἰ άντειος, ἑκτόρειος. Aliquando in penultima eſt circumflexus, ἀνδρεῖος, γυναικεῖος, ἀστεῖος. Deſinẽtia in νος, in antepenultima γήινος: Sunt autẽ poſſeſſiuorum ſpecies tres σωνεκφαντικὸν, quod ſimul aliquid ſignificat, ut γραμματικός. οἰκητωματικὸν, quod habitationem ſignificat in loco, οὐρά

νιος. μετουσιαστικὸν quod eſt particeps alicuius ſubſtantiæ, ut χάλκεος, ἀργυρ μάρμαρος. Hæc regula multis nominibus ſeruit.

Deſinentia in λος, ου, precedenti ſupra duas ſyllabas, propria aut appellatiua, in antep. κάμηλος, φάσηλος. Adiectiua ſi habeant fœminina formata, in ultima ἀπατηλός, σιγηλός, μιμηλός, quę non ſic ſe habent in antepenult. βέβηλος. Diſſyllaba, propria penanflectuntur, τῆλος, μῆλος. Alia aliquando acuuntur, ut πηλός, κηλός, σηλός οἴκου, χηλός: aliquando penanflectuntur, δῆλος, ζῆλος, inter quæ ἧλος.

Deſinentia in αλος acuuntur quędã χθαμαλὸς, ἁπαλός, ὁμαλός, ἰταλός, ὀμφαλός, ἀκαλός, ὁ ἥσυχος. ἥκαλος quod idẽ ſignificat antepenacuitur, cum quibuſdam alijs, πάσσαλος, κόκαλος, τάνταλος, ἄττάλος. μεγάλος penacuitur, id quod iudicatur ex numero plurali μεγάλοι.

Deſinentia in λος, diſſyllaba, quæ

an

ante λ, non habent aliam consonantem, habentia ο μικρόν per se, in penultima, grauantur, πόλος, σόλος, uel in diphthongo, ut δοῦλος, δοῦλος. μοχλὸς acuitur quia consonantem habet. θολός differentiæ causa. ἐπὶ σκεπίας.

Desinentia in λος, dissyllaba trium generum quæ alterum λ, habent in penultima non habentia ω μέγα acuuntur, κυλλός, ἰλλός, ψελλός, τραλλός, κιλλός appellatiuum ἐπὶ χρώματος: σελλός ἐθνικόν. Excipe ἄλλος quia τῶν μεριζόμενα grauantur.

Desinentia in λος, precedente ι, uel υ, penacuuntur ποικίλος, ἐρωτύλος, αἰχύλος. & penultima est breuis, præter σπῖλος & πῖλος, quę longam habent, & ideo penanflectuntur: excepta reperimus hæc duo ἴτυλον & ὄξυλον.

Prçterea ab antiquis hęc regula traditur: Desinentia in υλος, quæ habent priorem syllabã lõgã propter secundam consonantẽ antepenacu.

δάκτυ

δάκτυλος, δέρκυλος, σφόνδυλος: ſed hęc regula non eſt ſemper uera.

Deſinentia in λος, maſculina habē tia τ, in penultima ω, ſequenti acuū tur ἁμαρτωλὸς, πακτωλὸς: μάνδωλος, non habet τ, & ideo penacuitur.

Deſinētia in μος, quę habēt ante μ, θ, in ultima μηνιθμὸς, πορθμὸς, σκαρθμὸς, ἰσθμὸς, σαθμὸς. excipe κρῆθμος, quod etiam apud Lycophronē reperitur oxytonum, quamuis Homeri hypomnematiſtæ grauari dicant.

Deſinentia in αμος, tribracha, nō adiectiua grauantur, κάλαμος, πρίαμος: ἰταμὸς adiectiuum, ποταμὸς ſubſtantiuum quidem: ſed quia fit a ποσαμὸς acuto, acuitur. Si habent priorem ſyllabam poſitione longam grauantur omnia ὄρχαμος, τύρταμος πέργαμος ſi longam natura, & ſunt propria. grauantur πύραμος τεύταμος, ſi non ſunt propria, acuuntur χηραμὸς, & ultra tres ſyllabas, ut φωριαμὸς, ἡ κιβωτὸς.

Deſinentia in ιμος, adiectiua, ultra

duas

duas syllabas, siue sint actiua, ut ὠφέλιμος, siue passiua, ut ζόφιμος, siue potentiam significent, ut ἰάσιμος, siue actum, ut ἀοίδιμος ὁ ἀεὶ ᾀδόμενος, omnia in antep. Quę in εμος, antepenacuuntur etiam, ut πόλεμος, ἄνεμος.

Desinentia in μος, præcedenti λ, in ultima ὀφθαλμός, excipe ὄλμος, ἰλμὸς, in ultima & ψαλμός. Item alia quibus adde desinentia in μος, præcedente σ, ἀρχαϊσμός, συλλογισμός, αἰκισμός.

Desinentia in ανος, propria acuũtur, ἰουλιανός, λουκιανός, ἀδριανός, πιν ζανός.

Desinentia in νος simplicia, triũ generum, quæ unam habent cõsonantem acuuntur, πυκνός, κραυπνός συχνός πρυμνός: substantiua quædam in penultima, ὕμνος: quædã in ultima, ut ἀμνός: Quæ uero nomina in νος, ante ν, nihil habẽt trisyllaba aut ultra, ĩ antep. ξύλινος, δερμάτινος: de quibus nonnihil supra.

Est alia regula eadem fere, sed aliter tradita:

tradita: Desinentia in νος, quæ a uerbo fiunt, præcedente consonante, adiectiua in ultima, a κήλω κηλνός a τέρπω τερπνός, a στύφω στυφνός, & addito ς, στρυφνός, habētq; hæc nomina illam cōsonantem, quę est in uerbi ultima.

Desinentia in ινος, ꝓpria aut gentilia in penultima circumflexum habent, σκοπελῖνος, ἀκραγαντῖνος. adde quædam adiectiua ῥιγῖνος ὁ δεινός, & appellatiua, ut ἐχῖνος, γελασῖνος, est autem cauitas illa quę in facie cum ridemus apparet. Sunt talia quędā alia φιλῖνος ὁ φίλος, παλλακῖνος ὁ ἀπὸ τῆς παλλακῆς: quæ si a nomine quidē, a nominatiuo uel genitiuo deducūtur ἀγαθός, ἀγαθῖνος, si a uerbo, a præsenti uel futuro, ἐχιῶ ἐχῖνος, πραξιῶ πραξῖνος. καρκίνος & πίνος penacuuntur. Sunt quædam oxytona χαλινός substantiuum: & adiectiua πυκινός, ἀληθινός. illa in ανός desinentia acuuntur, ἀπαλανός, ἠμελανός, ὑμελανός & similia.

Desi-

Desinentia in ϱος, fere omnia in ultima μωρὸς, ἀμαυϱὸς ἀβϱὸς, θυϱωρὸς, ἀγρὸς, χλωϱὸς, & adiectiua omnia precedente ω. substantiua penãflectuntur δῶϱος: excipe σωϱὸς a σωρεὸς.
Desinentia in ϱος, dissyllaba, simplicia quę habent ȣ diphthongum, penanflectuntur, οὖρος ὁ ἄνεμος, οὐϱὸς tamẽ ὁ τόπος ὅθεν ὀρύει ἡ ναῦς, κȣ̃ϱος ὁ νέος, θȣ̃ρος ὁ ὁϱμητικός
Desinentia in ρος, supra duas syllabas, quę habent antepenultimã longam, aut natura aut positione, habent etiam penultimam longam, & tonum in ultima, πολμηϱὸς, ὀκνηρὸς.
Desinentia in ϱος, quę ex deriuatione ante ε, non habent τ, sed ex sua origine in ultima habent tonum κρατερὸς, θαλερὸς, μυσερὸς, κρυερὸς: quę uero accipiunt τ, illa antepenacuuntur, σφέτερος, κώτερος a κωὸς per syncopen: talia sunt omnia comparatiua in τερος, iuenies tã δεξιτερὸς, sed potius uidetur παρώνυμον a δεξιὸς δεξιεϱὸς. & addẽdo pleonasmũ elemẽtorũ

τ. & ομικρȣ̃ δεξιοτερὸς seruato primitiui tono: eodem modo fiunt, ἄγιος, ἀγιστὸς, φθόνος, φθονερὸς, γόος, γοερὸς, μόγος μογερὸς: quæ omnia acuto notantur in ultima.

Desinentia in ρος, quæ fiunt ab infinitiuis in ναι, pares syllabas seruantia, quorum quędam habent α, ante ρ, quædam ε, acuuntur συγῆναι συγερὸς χλιᾶναι χλιαρὸς, θλίβῆναι θλιβερὸς λιπᾶναι λιπαρὸς.

Annotatur hęc regula, quæ aliquot iam dictas complectitur: Desinētia ρος, adiectiua παρώνυμα acuuntur, ὄλισθος, ὀλισθηρὸς, μόχθος μοχθηρὸς, βλάβη βλαβερὸς, κράτος κρατερὸς πόνος πονηρὸς. πόνηρος id est, ὑπόπονος uariat tonū.

Desinentia in ος, dissyllaba, non incipientia a uocali, habentia duplex σσ, ante ος, acuuntur κισσὸς, πεσσὸς, βυσσὸς. νίσσος tamē proprium in penultima acutum habet: Trisyllaba antepena cuuntur νάρκισσος, ἰλισσὸς nomen fluuij in ultima.

Desinētia in ατος, quę a nominibus

descen

descendunt, antepenacuuntur, τρίτος τρίτατος, μέσος μέσατος, ἕβδομος ἑβδόματος, μύχος μύχατος.

Desinentia in στος numerum significantia, in ultima, εἰκοστὸς, τριακοστὸς, πολλοστὸς.

Desinentia uero in τος, præcedente ι, dissyllaba, unius generis, penanflectuntur σῖτος, κρῖτος, τρῖτος nomen fluuij, λιτὸς adiectiuum est.

Desinentia in ετος, supra duas syllabas, antep. ἀριδείκετος, ἀμαιμάκετος, nisi fuerint simplicia & ante ε, habuerint δ, π, ut ἰαπετὸς: uel fuerint a uerbo composita, ut ἐπαινετὸς: obseruatur ἀφύσγετος: ἐξαίρετος in antepenultima ab αἱρετὸς, cōpositio mutauit tonum.

Desinentia in ψος supra duas syllabas acuuntur, σκινδαψὸς, χηραψὸς, καλυψὸς, adde his, Desinentia in ζος, ab aduerbijs facta χθιζὸς πρωιζός.

Nunc quasdam regulas trademus, quę non ab ultima syllaba, sed uel a penultima, uel a prima nominis sumun

muntur. Desinentia in ος pura, unius generis penultima longa penanflectuntur, si sunt propria, κρῖος, πῖος, τῖος propria, φλιός in ultima dionysium significat. Quę nō sunt propria neque habēt neutri formationem acuuntur λαὸς κριός appellatiua. πρᾶος uero & χῖος adiectiua penanflexa. illa etiam quę habent diphthongum penanflectuntur, θεῖος, μεῖος, ἐρῖος ὁ ἀδελφὸς apud Cyprios: λεῖος, κεῖος ὁ ἀπὸ κέω πόλεως, νειός terra arata acuitur.

Desinētia in ος, dissyllaba, habētia ante finem ος, syllabam, quæ fœminini non habent deductionem grauantur χόρτος, φόρτος, ὄρθος, κνώψ γηρῖενυ, πτόρθος: excipe desinentia in μος φορμός.

Desinētia ī ος, dissyllaba unius generis ab ο, incipientia, & habentia duas cōsonantes grauātur, ὄκνος, ὄμβρος, ὄσσος, ὄρθρος, ὄρφνος, ὄλβος, ὄλμος.

Desinentia in ος, unius generis dissyllaba ab ω, incipientia, penanflectun-

ctuntur omnia ὦρος, ὦμος, ὠμός adiectiuum est, ὦνος, ὦχρος ἡ ὠχρίασις, uel leguminis species, ὠχρός uero adiectiuum: Debet autem ω, esse simplex quia ὠδός in ultima κιθαρῳδός ζωμός non incipit ab ω.

Deriuatiuorum & compositorum nominum huius declinationis regulas pertractabimus quanta optima methodo poterimus, quia hæc tonorum pars non leues molestias grecātibus exhibet. illas uero regulas quæ ad quintam etiam declinationem pertinere uidebuntur, in locum suum reijciemus.

Nomina in ος, desinentia, quæ fiunt a fœmininis in α, & η, composita antepenac. ὥρα ἄωρος, πεῖρα ἄπειρος, σκιὰ ἄσκιος, λύπη ἄλυπος, ζημὴ ἄζημος, a χρεία, tñ dicimus ἄχρεος qa est regula talis, quę hñt α, in principio prędedētibus duabus cōsonātibus diphthongū penultimę, tonū hñt in penultima ἀνδρεῖος, ἀγρεῖος ἀργεῖος, Veruntamē regula debet intelligi,

ſi character non impedit: quia a κάρα fit ἀκαρός, ſicut μαλαρός.

Deſinentia in ος, quæ fiunt a geni tiuo quintę declinationis hoc pacto ſe habent. ſi genitiuus habet in ulti ma, ibidem ſeruant ut a τρῶς τρωός, τρωός adiectiuum, ut apud Hom. τρωαὶ ἵπποι, αἱ τρωϊκαὶ, δμώς, δμωός. δμωός adiectiuum, unde δμωαὶ αἱ δου λίδες: Si uero genitiuus in antepe nultima, nomen factum in eadẽ ἑκα τόγχειρ, ογχειρος, ἑκατόγχειρος ου.

Nomina quæ ab ἀμοιβή, & ἔργον de ſcendunt compoſita, in ultima, ἀλφι ταμοιβός, δημιουργός, ἀλουργός, & alia in numera: inuenies tamen κακοῦργος πανοῦργος, μηχανοῦργος in penultima, & cũ dicatur πανοῦργος, reperies παν τουργός in ult. Hic obſeruãdus uſus niſi diſtinguas quatenus ſubſtanti uam aut adiectiuam uim habent.

His adde εὐεργός, ut εὐεργὸς γυνή, quamuis non habeat diphthongum in penult. ubi obſeruabis omnia no mina in ος deſinentia, quæ in pri-

ma cōpositionis parte habent ε,an tepenacui,prçter cōpositū ἄβεργομ.
Nomina quę in fine compositionis habent μάχος, si ueniant a μάχη an tepenacuuntur,ut φιλόμαχομ γένος σύμμαχος πρωτόμαχος,ἀντίμαχος,ναύμαχος ἀιχμὴ quæ uero a μάχομαι,quia actiue capiuntur,in penultima,πυγμάχος, ὁπλομάχος, τειχομάχος,πυργομάχος,μονομάχος.
Desinentia in ος, quæ in prima cō positionis parte habent πλὺ sequē te nomine aut uerbo penacuuntur: πολύζυγος,πολύκαρπος,excipe πολυφάγος: quia a φάγομαι composita, sicut a μάχομαι penacuuntur, παμφάγος, a κομάω etiam νυμφοκόμος ἡ κοσμοῦσα τὴν νύμφην, ἱπποκόμος ὁ φροντίζων τῶν ἵππων,quia actiue capiuntur, & a κόμη esse possunt, ἱππόκομος κόρυς passiue in antepen. a κόμη,ut a μάχη σύμμαχος.
Desinentia in ος,composita a quibusdam uerbis deducta in antep. μυκῶ ἐρίμυκος,συλῶ ἄσυλος,φυτῶ νεόφυ-

τος, ἄνω ἄνανος.
Desinentia in ος, deducta a χέω, βάλλω, πολῶ cum prępositione composita in antepenultima: cum alia parte in penultima ἀμφίβολος, λιθοβόλος, quod si actiue capitur talem habeat tonum, si passiue in antepenultima λιθόβολος ὁ λίθῳ βληθείς. λέγω affinem his habet naturã: cum præpositione dicimus ἐπίλογος, κατάλογος in antepenultima cum alia parte θεολόγος, χρησολόγος.
Cõposita ab ἔχω, si habeãt ο, in monophthongo in penultima, in antepen. habent tonum ἡνίοχος, αἰγίοχος: si in diphthongo in penul. ὀφιοῦχος.
Composita a κτείνω, & τρέφω, actiua penacuuntur, λαοτρόφος alens populos, λυκοκτόνος, interficiens lupum. si passiua in antepen. Quia actio in his compositis & aliis innumeris penultimam postulat: passio antepenultimam; unde illud dicitur: Dictio proparoxytona passiue uult resolui: ἱππόδαμος excipiunt, quæ dictio act

ctio actiue capta antepenacuitur. in telligе regulam, ubi nihil impedit. Notanda hęc regula: Desinentia in ος, quæ actiue capiũtur, siue sint dissyllaba, siue polysyllaba, in penultima habent tonum, τόμος, ὁ κόπτων, φόρος ὁ φέρων quę composita ibidem seruant tonum χειροτόμος χρυσοφόρος. Quę uero passiue dissyllaba in ultima τομὸς ὁ κοφθεὶς, quę cōposita mutant tonum reiectum in antepenultimam χείρτομος κεφάτομος.
Nomina, quæ diuersa significant, diuersis quoque notantur tonis, τρόχος ὁ τόπος ἐν ᾧ τις τρέχει: τροχὸς trochus. πότος conuiuium: ποτὸς potio: atque ita proprium tono discernitur ab appellatiuo.
Composita cum ἐν σαῦ, ζα, in antepenultima ἔμμετρος, σύμμετρος, ζάκοτος, & fere omnia composita cum indeclinabilibus: quæ ab aduerbio fiunt in antepenultima πρώϊος, ἴφιος, μάταιος ἔντιος tono aberrauit ab ἔντης.

Desinentia in ος, dissyllaba. penanflexa, in compositiõe antepenacuuntur κοῦρος ἐπίκουρος, οἶκος ἄοικος.

Desinentia in ος, supra duas syllabas, quæ in penultima babent tonũ in compositione remittunt, ut ποικίλος, παμποίκιλος, ἀγκύλος μεσάγκυλος, ἀθηναῖος φιλαθήναιος, πλησίος παραπλήσιος: ἀντίος tamen ἐναντίος, tonus seruatur in eadem, quia compositione non est mutata significatio. Quando actionis ratio non patitur mutationem, idem manet tonus, βουκόλος ἱπποβουκόλος.

Est alia regula, Desinentia in ος, dissyllaba oxytona, in compositione retroijciunt tonum κακὸς ἄκακος, σοφὸς ἄσοφος, & polysyllaba ῥωμαϊκός, πολυρωμαϊκὸς: excipe ea quæ gẽtem significant, ἀχαιὸς φιλαχαιὸς, βοιωτὸς πολυβοιωτὸς & ἰατρὸς φιλιατρὸς, & illa in quibus propter aliquam significationẽ seruatur tonus in ultima, βροτολοιγὸς ne si antepenacueretur passionem indicaret. Hoc nomen

men κλυτὸς καὶ κλειτὸς, si componatur cum indeclinabili parte supra unam syllabam seruat acutum ἀγακλυτὸς. Si uero declinabili aut etiam indeclinabili, monosyllaba antepenacuitur. πρόκλυτος, ὀνομάκλυτος, δουρὶ κλυτὸς in appositione dicuntur. Desinentia in ος, quæ sunt decomposita, in ultima sicut simplicia. Quę uero composita in antepenul. quia debent mutare tonum simplicium, ἐκλέγω ἐκλεκτὸς decompositũ, ὑπέκλεκτος in antep. quia fit a λεκτὸς simplici, διαμετρητὸς, quia a uerbo composito διαμετρῶ, ληπτός, καταληπτός, ἀκατάληπτος: ληκτὸς, καταληκτὸς, ὑπερκατάληκτος, quia fiũt a uerbis καταλαμβάνομαι. & καταλήγομαι, atque ita simplicium habent tonum. Desinentia in ος, simplicia, quæ a præterito passiuo circumflexorum fiunt, in ultima ἀγαπητὸς, ὑμνητὸς, νεατὸς, ἐπαινετὸς, ἀροτὸς, ξυγητὸς, ἀλωητὸς, quæ fructum, tempus & rem ipsam interdum significant. Quidam tamen

men

men tono distinguunt.
In uniuersum id sit dictum. Nomina appellatiua dissyllaba fere omnia penacui, λόγος: Adiectiua acui κακός. Preterea interrogatiua dissyllaba grauari ποῖος, πόσος, & si ab interrogationis significatione recedant acui ποιός, ποσός.

¶ De fœmininis in α, uel η.

Adiectiuorum fœminina aut in α, finiuntur aut in η, utracunque aũt sit, est longa, quia metimur a genitiuo masculino, propter regulam, quę pręcipit tãtam debere esse ultimam nominatiui fœminini, quãta est ultima genitiui masculini: cum autẽ hęc in tertia declinatiõe semper sit lõga, illa quoque longa, ea uero si sit lõga, tonus erit in penul. cum in ultima nõ est: Ergo si in masculino est in ultima idẽ est in eadem in fœminino: si in masculino est alibi q̃ in ultima, in penultima erit in fœminino, φθονερός φθονερά, ἔρημος ἐρήμη, a πότνιος reperitur πότνια, pro quo πότ

να, αἶπος debebat esse λία, penacutū, quia ex aliorum ratione ultima est longa: penanflectitur tamen ultima breui. Homerus δῖα θεάων inquit, Sunt quędam nomina fœminina substātiua ab adiectiuorū fœmininis solo tono differētia ἐχθρὸς ἐχθρὰ, fœmininū: substantiuum ἔχθρα ἔχθρας, θερμὸς, θερμὴ: substantiuum θέρμη, μόνος μόνη: substantiuum μονὴ, δόκιμος δοκίμη, δοκιμὴ substātiuū.

¶ De Neutris.

Neutra nomina in adiectiuis huius declinationis, masculinorum sequuntur tonum, in substātiuis uero non uno modo se habent ut sequentes præcipient regulæ.

Desinentia in τρον, grauātur ἔλυτρον, κέντρον, δέρτρον a δέρω, φέρτρον a φέρω, μέτρον a μείρω, λοῦτρον p loco, λουτρὸν τὸ ἀπόλουμα; in δρον etiam ut δένδρον.

Diminutiua in διον siue habeant an teā ι, ut γνωμίδιον ψυχίδιον, siue

ȝ ut

ε ut γραφείδιον, ἀγγείδιον, πλείδιον, (habent namque ε, quando ultima genitiui unde descendunt est pura ut ἐξείδιον) siue κ, ut γήδιον pro γείδιον attice, omnia habent tonum in antepenultima. Itē alia diminutiua omnia, ultra tres syllabas, siue in άδιον siue υδιον siue in υδριον; αριον, υλλιον. De terminatis in ιον trisyllabis hęc traditur regula. Deducta per ιον, si cōstent ex tribus breuibus tonū habent in antepenultima θρόνος, θρόνιον, πτύχος, πτύχιον. Si uero dactylica, id est prima longa, in penultima ψωμίον, ὠτίον, κλειδίον, παιδίον: quorum duorum deriuatio non est per διον, sed per ιον: quia δ, a primitiuo habent κλειδός, παιδός: alioqui tonus fuisset in antepen.

Desinentia in ιον trisyllaba, appellatiua, quæ habent ante ι, duas consonantes, penacuuntur κυμβίον, ἰσχίον, ὅρκιον tamen ab ὅρκος in antepenultima, quia utriusque significatio est eadem: quod si ante ι, sit immuta

muta

mutabilis: tonus erit in antepenul tima ἴχνιον, ἴκριον. ἴχνιον & ὄρκιον, non sunt diminutiua, sed deriuatiua atque ideo non aduersantur diminutiuorum regulæ: πέδιον non est diminutiuum.
Desinentia in ειον, quę a uerbis in ευω fiunt per ει scripta omnia penanflectuntur πρωτεῖον, βραβεῖον, καλλιστεῖον, ἱερεῖον, ἀριστεῖον. Idem accidit ijs, quæ a nominibus in ευς: γραφεῖον a γραφεύς: γραμματεῖον a γραμματεύς. Item alia quædam ὀρφανοτροφεῖον, μαγειρεῖον, a θησεύς, tamen dicimus θήσειον, & a φυτεύς, φύτειον urbs.
Sunt quædam in ειον proprie dicta quæ in antepenultima notantur λάγειον τὸ ἱπποδρόμειον Alexandrię a Lago: χλοώνειον locus, i ætolia ubi erat χλοώνης, λαύρειον, locus in Attica.
Quæ a nomine fœminino formantur oxytono eundem tonum seruãt πλευραὶ, πλευρὰ, πυραὶ πυρὰ, πηραὶ, παρειά. Aristarchus.
Sunt quædam nomina desinentia

in ανον, quæ a uerbis fiunt, antepenac. ab ἔχω ὄχανον τὸ φλ ἀσπίδος κράτημα, κόπτω κόπανον, δρέπω δρέπανον, ἕλω ab ἥλω ἔλανον, καὶ ἔδνον per syncopen, φρύγω φρύγανον, πέπτω πόπανον, ξέω ξόανον, ἐρῶ ἔρανον.

Desinentia in λον, υ præcedenti penanflectuntur φῦλον, excipe ξύλον. Est uero regula hæc quæ ab antiquis ita redditur, Neutra in ον, unius generis in antepenultima χρ. ρόγραφον ἀκρατόφορον χαρτότομον ναύμαχον, ita illi: ego tamen uidēdum censeo num actiue capiantur, & sic tonus erit in penultima, ut ἀκρατοφόρον ἀγγεῖον τὸ φέρον ἄκρατον.

Atticorum est dicere ζόπαιον pro ζοπαῖον: ἐρῆμον Contra pro ἔρημον, θεμισεῖον pro θεμίσειον, a genitiuo θέμισος, ut ἄιαντος, αἰάντειον, quę ab usu sunt petenda. atq; hæc de tertia declinatione dicta sufficiant.

¶ De Nominibus quartæ.

Desinentia in ως, attica cōmunis nomi-

nominatiui tonum seruant (ut inquit Choerobofcus) & si nominatiuus incipiat, omnes casus antepenacuuntur, excipe ὀρφῶς & λαγῶς, quorum communes nominatiui ὄρφος, & λαγὼς, ut Herodianus inquit, Nec in terminatis in ως, ultra unam syllabam ulla circumflectuntur preter hæc duo. Nomina polysyllaba in εως attica fiunt a communibus in αος: & quia communia antepenacuuntur, attica quoque μενέλαος μενέλεως, νικόλαος νικόλεως. Dissyllaba utrobique acuuntur, λαός, λεώς, νεώς, ναός. Sunt alia quæ a communibus non fiunt. Si sunt polysyllaba, in antepenultima: Si dissyllaba, penultima breui, in penultima ἀνδρόγεως, εὔγεως a γῆ composita, ἅλως, κέως, ἕως, γάλως propriũ, Monosyllaba circumflectũtur fere κῶς.

Composita a γῆρας & κρέας per hanc declinationem declinantur tono in antep. εὔγηρως, εὔκρεως: a κέρας item μονόκερως, ῥινόκερως quę cõmuniter per

ωτος

Desinentia in ωρ, composita quando uocatiuus est in ορ, retroijciunt

tonum

tonum ἀγάμεμνον, πόσειδον, ἄπολλον, χαμαίλεον, ἐνόσιχθον. Dicitur quando uocatiuus est in ον propter φιλοπλάτων χαλκοχίτων, dicitur composita propter ἱκετᾶον, μαχᾶον, ἀρετᾶον, excipe ab illis priorib. λακεδαῖμον, παλαῖμον. Præterea εὐδαῖμον proprium, ne coincidat cum εὔδαιμον adiectiuo.

Comparatiua desinẽtia in ων supra duas syllabas in uocatiuo retroijciunt tonum mutato ω, in ο, βράδιον, γλύκιον, ἄρειον, βέλτιον, sicut Neutrũ.

Composita a φρὴν in penultima notantur, quamuis ultima sit ον, per ο μικρὸν ὦ δαΐφρον, σῶφρον.

Desinẽtia in ηρ, quorum uocatiuus in ερ, tonum mutant. Si dissyllaba, in penultimã necessario πατὴρ πάτερ, ἀνὴρ ἄνερ, si polysyllaba, in antepenultimam θυγάτηρ θύγατερ, εἰνάτηρ εἴνατερ, δημήτηρ δήμητερ.

Quæ uocatiuum habent in ευ, circumflectũtur ἀχιλλεῦ βασιλεῦ, quia omnis diphthõgus finalis habẽs υ,

circum

circumflectitur φεῦ, ἒυ, οὐδαμοῦ, præter ἰδοὺ & ἰού.

Dualis nominatiuus accusatiuus & uocatiuus sequuntur genitiuum ἄιαντος ἄιαντε, ubi illud obseruabis Dualem & pluralem non a nominatiuo sed a genitiuo deriuari αἴαντος αἴαντε αἴαντες, non αἶε, αἶες. Præterea in nulla declinatione Nominatiuum dualem circumflecti, neque habere ι, in fine, ideo ὄφιε non contrahis ὄφι.

Genitiuus Dualis Genitiui pluralis tonum sequitur. Exceperunt tres genitiuos παιδοῖν quia παίδων dicimus in plur. χειροῖν, quia in plurali χειρῶν, ubi idem est tonus nisi quod in penultima est ε, tantū: quod fit propter datiuum, mihi certe non uidetur excipiēdus; μηκέοιν quia debuit contrahi μηκοῖν sicut μηκέων, μηκῶν. In adiectiuis fœmininis nominatiuum suum sequitur μελαίνα μελαίναιν, sed hoc nihil ad quintam.

Nominatiuus Pluralis sicut Dual.

Geni

Genitiuus nominū adiectiuorum fœmininus uarius est a masculino in hac declinatione, quia scriptura utriusqȝ nō est eadem. ergo circum flectetur μελάνων masc. μελαινῶν in fœmin. τυπτόντων τυπτουσῶν, in participijs: ἡλέων ἡλεῶν.

Nominatiuus pluralis dissyllabus in ες circūflectit genitiuum μῆνες μηνῶν, πόδες ποδῶν. Excipiuntur decem, τίνων, πάντων, τρώων, δμώων, παίδων, φώδων, θώων, λάων, κράτων, δάδων, φώτων a φῶτα tamē: qn̄ a φώτες, id est uiri φωτῶν sicut alij omnes μῆνες μηνῶν &c.

Genitiui trisyllabi in penultima αι άντων: γυναικῶν sequitur dissyllabos: qui contrahuntur circumflectuntur, ἀληθῶν ταχῶν. Inuenies tamen ἐλάφων non ἐλαφῶν, nisi dicas esse etiam ὁ ἔλαφος, sicut ὁ σκότος, ὁ ἔλεος ὁ ὄσος. Preterea τριήρων nō τριηρῶν: συνήθων non συνηθῶν, κακοήθων non ῶν, forte quia ab Attico geniti

genitiuo contrahuntur συνήθεων ξει-
δρέων ubi tonus est in antepenulti-
ma, ἀνθέων, melius dicimus q̃ ἀνθῶν
& ita usus est Libanius. Hęc leuia
sunt, sed ignorata non leuiter tor-
quent. Attici genitiui in antep. λέξ
εων.
Datiuus pluralis dissyllabus non
extẽsus in nominibus acuitur, βουσὶ,
τρωσὶν, præter πᾶσιν ne concurrat
cũ πασὶ nomine proprio, cuius no-
minatiuus πὰν. Non extensus di-
citur propter τοῖσι σοῖσι, qui perti-
nent ad tertiam. epectasis enim τ̃ ι,
in his datiuis tonũ seruat. In parti
cipijs grauatur βᾶσι, σᾶσι, reliqui
omnes datiui singularẽ sequuntur.
Qui tamen accipiunt α, penacuun
tur μητρὶ μητράσι, πατρὶ πατράσι, θυγα
τρὶ θυγατράσι. Datiui qui transforma
ti quintæ sunt, antepenacuuntur.
Metaplasmus est quando finis no-
minis aut uerbi in aliam termina-
tionem cõuertitur propriã ei quod
uertitur. Propria dicitur, qua utiq;
uel

uel idem casus nominis, in aliis possit uti uel idem uerbi tempus, uerbi gratia sicut πέρασι dicitur, ita πρόβασι ἄστρασι. quo utuntur etiam oratores, sicut λῦθι dicitur, ita κλῦθι. Accusatiuus & uocatiuus sicut nominatiuus ἀμάζονας ἀμάζονεσσας syllaba accusatiui huius declinationis est breuis. Hactenus de Nomine, nunc ad Verbum transeamus, & reliquas oratiōis partes suis tonis prout opis erit nostrę, ornemus. Ne uero ex hoc loco asymboli emergamus, quia ad eam rem ipsi toni non parum conferunt. De Nominum & uerborum a seipsis deriuatione regulam trademus quæ talis est.

¶ *De mutua Nominum & Verborum deriuatione.*

Quando Verbum & Nomē pares habent syllabas, nominaq; acuuntur seu grauantur, uerba autem circumflectuntur, tūc a nominibus fiunt uerba μόνος μονῶ, χρυσός χρυσῶ

ἄκρος

ἄπορος ἀπορῶ. Quod ſi uerbum grauetur tũc a uerbo fit nomen, ut a λέγω λόγος, a φέρω φόρος. Quod ſi uerbum plures ſyllabas habeat & eodem modo incipiant, tũc a nomine fit uerbum, ab ἵππος ἱππεύω, a διφρος διφρεύω, præter ea, quę fiunt a futuro abiecto ω, ἐλπίσω ἐλπὶς. Si uero nomen plures ſyllabas habeat tunc a uerbis nomen fit, ut a μαρτυρῶ μαρτυρία, ab εὐδοκῶ εὐδοκία.

¶ *De Verborum tono.*

Verbum quatuor modis declinatur χρονικῶς id eſt per tempora, διαθετικῶς per genera, ἐγκλιτικῶς per modos, προσωπικῶς per perſonas. Per tempora in ſingulis generibus tonum inueſtigabimus: deinc per modos, Demum quod ſummę deerit adiungemus.

Præſens actiuum in ω deſinens penacuitur: paſſiuum & medium antepenacuitur.

Præteritum imperfectum actiuum

ante

antepenacuitur ultra duas ſyllabas ἔτυπτον, penanflectitur diſſyllabum εἶχον. Paſſiuum & medium penacuitur.

Omnia præterita ultra duas ſyllabas antepenacuuntur, diſſyllaba penanflectuntur. Omnia pluſq̃ perfecta penacuũtur. Aoriſtus primus actiuus ultra duas ſyllabas antepenacuitur. Diſſyllabus circumflectitur. Paſſiuus & medius penacuuntur. Idem dicẽdũ de ſecundo aoriſt. Futurum actiuum ſicut præſens, præterq̃ in quinta coniugatione, in qua circumflectitur νέμω νεμῶ. Excipienda futura attica a uerbis in ιζω ultra duas ſyllabas formata ablato σ & circumflexa ὀνειδίζω ὀνειδίσω, ὀνειδιῶ, ἐλπίζω ἐλπιῶ εὐδαιμονιῶ. Quod diſſyllabis nõ euenit, hoc autem factitant Attici in indicatiuo & infinitiuo tantum, in ſubiunctiuo ſolœciſmus eſt, ἐὰν ἐλπιῶ. Neque formant hoc futurũ ubi penultima producitur, barbarum .n. eſt dicere

ἐγώ

ἐγὼ δανειῶ. Cum aliquando Athenienses pecuniarum penuria laborarent facta concione, diues quidam assurgens inquit ἐγὼ δανειῶ, qua uoce ut barbara reiecta noluerunt pecunias accipere barbarismo offensi: adeo erãt εὐμουσίας studiosi. Futurũ passiuum primum, secundum, & paulopost, & futurum medium (preterquam in quinta & in atticis ut dictum est in quibus penãflectitur) antepenacuuntur.
Futurum secundum actiuum circũflectitur, medium penanflectitur.
Verba circumflexa prius fuerunt barytona, Regulæ, quas principio tradebamus de acuto & circumflexo tonum docebunt.
Verba in μι, in præsentibus generum antepenacuuntur ultra duas syllabas. Dissyllaborum quędã graui notantur φημὶ εἰμὶ: quædam penanflectuntur εἶμι δῦμι.
Præteritum imperfectum & aoristus secundus penacuuntur. ἐτίθην ἔ-

θηρ ἐλίλων ἔλωρ.

Quod ad reliquas personas atti- net, si excedant duas syllabas & ultima sit breuis in antepenultima: si longa in penultima: futura quintæ declinationis, & illud atticū ultima breui, penanflectūtur τυπῦμαι (cum penultima recipit tonum propter τυπούμενον & similes) τυπῦμεν τυπεῖτε, sed hæc facilius intelligun- tur quam docētur, siquis teneat ea, quę initio diximus.

Alia uerborum tonos excutiamus per modos uidelicet. Omne præsens in ω, penacuitur. Omne tem- pus habens ultimam longam tono notatam circumflectitur: pręter χρῆ compositum ἀπόχρη penacuitur, ut inquit Zenobius, quia composita a uerbis in μι, tonum reijciunt φημὶ, σύμφημι, ita χρῆμι ἀπόχρημι, ἀπόχρης ἀπόχρησι, & per apocopen, quę eundem tonum seruat ἀπόχρη.

Indicatiuus non potest desinere in ην, circumflexum ut inquit Heracli des

des, nisi sit monosyllabus βῆν, στῆν, pro ἔβην ἔστην passus aphæresin. ita debuisset esse in ἔχρην χρῆν, si esset indicatiuus, qui potius uidetur Doricus infinitiuus sicut τεθνῆν, utuntur tamen eo pro indicatiui præsenti & imperfecto ἐχρῆν, oportet oportebat. & habet incrementum quo carent alij infinitiui præter perfectum. Itaque anomaliam esse dicemus. Post aphæresin, quæ est ablatio syllabæ a principio, si remaneat uocalis longa circumflectitur, βῆ ab ἔβη, ἔφης, φῆς: si breuis, acuitur βὰν ab ἔβαν ἔβησαν, ἔσαν σάν.

Desinētia in ῶ monosyllaba in præsenti composita cum præpositione seruant eundem tonum, βῶ ἀποβῶ.

Omne uerbum oxytonum in compositione grauatur, εἰμὶ πάρειμι, εἶσι πάρεισι: εἰμὲν ἔνειμεν, ὑπάρχομεν.

Verba Trochaica circunflexa seruant tonum in compositione ἧκεν ἀφῆκεν, si tamen fiat ε, litteræ πρόσθεσις mutant. ἔηκεν seruato spiritu

ἔοικα

ἔοικα (circumflexa) additur; propter ἄναγειν κάτεχειν & similia.

Omne preteritum indicatiuũ a uocali longa natura inceptum eũdem tonum seruat in cõpositione preter οἶδα, σύνοιδα, Aeolice: & οἶδα, σύνοιδα, κάτοιδα, εἶξα ὑπόειξα pro ὑπεῖξα, εἶκον ὑπόεικον. Dixi præteritum indicatiui propter εἰπὲ ἔξειπε, εὑρὲ ἔφευρε. Preterea a uocali incipiens propter κεῖτο κατέκειτο, χεῦε κατέχευε. Deinde a uocali lõga propter ἶζε ἔφιζε. Quod ἶζε communiter quidem longum habet ι, natura, & ideo compositum ἐφῖζε, Attici uero & poetę corripiunt, sed positione producũt ἔφιζε, ut ἔσχε κάτεσχε. Omne preteritũ tempus si reijciat tempus quod initio habebat, in compositiõe antepenacuitur εἷλκε, ἕλκε, ἔφελκε. Tempus enim breue in antepenultima amat tonũ sicut longũ in ultima & penultima, sed sæpe aliter euenit. Dissyllaba præterita passiua hñtia duas consonantes seruãt tonum in

 compo-

compositione εἶρμαι καθεῖρμαι κατῆγμαι, ἄφῖγμαι καθῆσμαι, ἧσμαι καθήσμην, unde καθῆσο: ab ἧμαι ἥμην κάθητο remisso tono: κάθημαι mutat accentum: κεῖμαι πρόσκειμαι. Quia omne Passiuũ pręsens in μαι, desinens trisyllabum in antepenultima acuitur: in infinitiuis uero καθῆσθαι προκεῖσθαι, & in alijs compositis.

Omnis imperatiuus si sit monosyllabus in compositione penacuitur δὸς ἀπόδος, ἕς ἄφες, σχές πρόσχες, στᾶ ἀνάστα. Si uero dissyllabus in breuẽ desinẽs, antepenacuitur plurimum γνῶθι κατάγνωθι, σπεῖρε κατάσπειρε: πράττε καταπράττε & similia penacuuntur, quia longa est ultima.

Omnis imperatiuus trisyllabus antepenacuitur: Dissyllabus uel penacuitur uel circumflectitur, illa acuũtur εἰπέ, λαβέ, ἐλθέ, εὑρέ, ἰδέ. οὗ ab ἴδου cum monosyllaba præpositione προοῦ circumflect. cum dissyllaba penacuitur ἀπόου.

Imperatiuus aoristi secundi in ulti

ma

tima circumflectitur τυπῶ, id quod primo ab Atticis factum commu- nes excipientes constanter obtinue runt, tãtum ualuit illic Dialectus: Et quia omnes secũdæ personæ im peratiui in πε aut θε antepenacuuntur, nisi sint dissyllabæ, in secundis personis dualis & pluralis antepenacuitur τύπεσθον τύπεσθε, cum tamẽ tonus deberet æquare τυπῶ ultimã, accepta una syllaba, ĩ penult. Tres excipiuntur, τράπου, λάθου, ἐπιλάθου. Imperatiuus aoristi primi ποίησαι, ἀπόδεξαι, in antep. (ποιῆσαι penanflexus infinitiuus est, ποιήσαι penacute tertia persona aoristi primi) si sit dissyllabus penultima longa natura penanflectitur, ut κρῖναι ζῦσαι: in compositione antepenacuitur ἀπόκριναι.

Optatiuus & subiunctiuus indicatiuum sequuntur. Semper respicienda est ultima.

Omnis aoristus subiunctiui uocis passiuæ circumflectitur pro compo

 sitis

ſitis aoriſtis actiuis hęc datur regu la, Omnis Aoriſtus ſubiunctiui in ω deſinens, qui habet Participium per σ oxytonum eundem ſeruat to/ num in compoſitione βῶ, ἀναβῶ, λῶ, ἀπολῶ, quod ſi non habeat σ, remit tit tonum χῶ, κατάχω, πρόχω, dici/ tur enim χῶν in participio.

Infinitiui in ειν duo in penultima acuuntur, τύπτειν τύψειν. Pn̄s & futu rum: duo circumflectuntur aoriſtus β, & futurum β. τυπεῖν. Infinitiui in ναι omnes penanflectuntur, præter infinitiuum præteriti, & pn̄tis eti am uerborū in μι, τετυφέναι, ἱστάναι, ζευγνύναι. In σθαι omnes antepena= cuuntur, præter infinitiuos prętre riti paſ. & aoriſti ſecundi medij qui habent tonum in penultima τετύφ= θαι acutum: πεποιῆσθαι & qui habent penultimam lōgam, circumflexum: τυπέσθαι αορ β. φέρεσθαι in antep. præ= ſens; iuxta cuius rationem nonnul li ἔρεσθαι & λέγεσθαι antepenacuūt & aoriſti β eſſe aiunt, ſed melius qui di

cunt

cunt esse pręsentis εἴρομαι nanque & ἔρομαι reperitur.

¶ De Participio.

Participia in ων, omnia penacuuntur τύπτων τύψων, unum acuitur τυπὼν αορ. β, unum circumflectitur τυπῶν futuri secundi.

Participia in σ desinentia oĩa acuuntur pręter aoristum primum uocis actiuę penacutum λυθεὶς ἱστὰς, τυφθεὶς τετυφώς: τύψας tamẽ. Participia in μενος oĩa antepenacuuntur τυπτόμενος τυφθησόμενος τυψάμενος, excepto participio pręteriti passiui quod penacuitur τετυμμένος. Participia fœminina in his penacuuntur omnia, quia ultima sit longa τυπτομένη, τυψαμένη. In illis ubi masculinũ penacuitur, fœminina antepenacuuntur, τύψας τύψασα, τύπτων τύπτουσα ubi mascnlinum in ultima habet tonum fœminina penanflectuntur, τυπῶν, τυποῦσα, λυθεὶς, λυθεῖσα ἱστᾶσα, τυφθεῖσα. Neutrũ sequitur masculinũ. In pręterito Perfecto dicimus τετυ-

φῶς in fœminino πτυφῦα. Quia desinentia in α purum fœminina diphthongum uolunt, quæ habeat ι; alioqui debuit esse πτυφοῦα a πτυφώς, sicut a τύπτων τύπτουσα, atque ut utrique satis fieret propter hanc rationem habet, υ, propter illam ι, propter utranque υι diphthongum πτυφυῖα.

κάυσων & αἴθων participiorũ formã habentia, nomina sunt, notata sicut Participia præsentis & futuri & & quia omne participium in ος, desinens in genitiuo penultimam habet longam positione, hæc ut ad quantitatem accederent habuerũt natura καύσωνος αἴθωνος, Participium præteriti actiui & medij breuem habet penultimam. præterquã in illis contractis μεμαώς μεμαῶτος, γεγαῶτος, τεθνεὼς τεθνεῶτος. Theodorus Gaza, & alij quidam excipiunt tria præsentia in ων, oxytona ἰών, κιών, ἐών: sed ut quod sẽtio proferam ἰὼν aoristum secundum esse

dico

dico ab εἶμι: ἴον ἴες: ἰών ἰόντος, & forte nonnullis id facit fucum quod reperiunt hoc participium in significatione præsentis, & ita est, præsentis enim præteriti & futuri habet significationem, sicut εἶμι futuri: & ἥκω preteriti, ut notauit Euripidis interpres: κιών quid prohibet aoristum secundum dicere esse: ἐών, ionice dicitur pro ὤν propter monosyllabiam acuitur.

Participia in ων, quæ habent connexas aliquot consonantes, quarum secunda est immutabilis grauantur πέφνων, κάπνων, τέμνων, quæ aoristi secundi esse dicunt: malim tamen dicere presentis.

Participia in μενος præteriti perfecti passi. penacuũtur nisi passa aliquid fuerint propter ἀκάχμενος pro ἠκαχημένος οὐτάμενος pro οὐτασμένος ἐληλάμενος pro ἐληλασμένος ἐκ βολῆς τοῦ σ. ἄσμενος pro ἡσμένος ab ἥδομαι, λέγμενος pro δεδεγμένος. Herodianus tamen ait illa duo οὐτάμενος ἐληλά

ἐληλάμενος præsentia esse a uerbis in μι. Adde his ὄρμενος, βλήμενος, φθίμενος perfecta, quę ionice non augentur.

Nullum participium in compositione mutat tonum αἔκων ab ἑκών mutauit, sed uolunt esse nomen: εὐέλθων propriũ est: πλῦτλας, πρόφας, ἄτλας Nominalia sunt.

¶ *De Articulorum tono.*

Articuli prępositiui, qui partiũ orationis sunt tanquã antistites & δαδοῦχοι aut habẽt spiritum aut tonum, utrũqꝫ habere simul neque unt: ὁ Spiritus est quia a uocali incipit, τὸ tonus tantũ. Articuli postpositiui utrunque habent ὅς, οὗ, ᾧ. Genitiuus & Datiuus omnium articulorum in omni numero circumflectuntur, reliqui casus grauantur. Nominatiuus singularis & pluralis articuli prępositiui tono caret ut diximus. Dualis habet τώ, quia ut dicebamus dualis N. imprimis.

Et

Et pluralis a genitiuo fiunt non a recto, itaque non dicitur ὢ a nominatiuo, ſed τῷ a genitiuo.

¶ *De Pronomine.*

Omnia Pronomina Primitiua acuuntur ἐγὼ σὺ οὗ. Quod ſi τῷ ἐγὼ addas γε aut τοι remittes tonũ ἔγωγε, ἔγωτοι: & cum γε particula μειώσεως eſſe ſoleat, hic ἔμφασιν potius indicat: atq; ἔγωγε ἔγωτοι una dictione ita dicuntur. Nam ſi ἔγωγε eſſent duę dictiones notarẽtur ἐγώγε: quia omnis dictio acuta ſequente enclitica retinet tonum, ut σοφὸς σοφόσγε Genitiuus ſingularis horum primitiuorum circumflectitur: Datiuus Nominatiuus & Accuſatiuus acuuntur, excepto datiuo tertię qui circumflectitur. Dualis nominatiuus acuitur νῶ, σφὼ, σφὲ cui adde σφὶν, genitiuum, & σφίσι Datiuum Plural. penacutũ, Reliqui omnes circumflectuntur.

Poſſeſſiua in ος antepenacuuntur reliqua acuuntur, quibus adde αὐτὸς

τὸς, quod in compositione mutat tonum dictionis, cum qua componitur χθὼν αὐτόχθων.
Demonstratiua penan flectuntur οὗτος ἐκεῖνος, adde ὁ δεῖνα: illa duo mutant tonum si accipiant ι, ἐκεινοσὶ, τουτωῒ οὑτοσὶ. Composita in Genitiuo & Datiuo circumflectuntur in Accusatiuo acuuntur.

¶ *De Præpositione.*

Præpositionum tres nullo tono insigniuntur εἰς quę etiam dicitur ἐς, ἐξ quæ ἐκ, & ἐν: reliquę omnes siue dissyllabę siue polysyllabæ graui notantur πρὸς περὶ ὑπὸ: quod autem sit grauis, indicat apostrophus: Nam si dicas ἐπ' ἐμοί tonus sublatus non retrocedit, ut demonstrabamus antea. Illud præterea pręposįtionum est proprium ut corripiantur in ultima, præter εἰς & ἐξ Item duas syllabas non excedant, & tenui consonante efferātur, pręter ὑπὸ & ὑπὲρ.
Pręposįtiones suis nominibus solent

lent postponi, & quia illud nomini præpositionis repugnat, tonus retrocedit. Sunt autem sex quę postponuntur μετὰ, παρὰ, ἐπὶ, περὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, omnium frequentissime περὶ, ut τούτων πέρι, quod ab atticis factitatum est.

Duę sunt præpositiones ἐν & πρὸς quæ recipiunt proschematismum ι, ἐνὶ & transit in significationem uerbalem, pro ἔνεσι, & poetice εἰνὶ pro ἐν: atqui præpositio cũ pro uerbo accipitur, tonum etiam mutat πάρα πάρεσι, μέτα μέτεσι. Altera est πρὸς, quæ eiecto ρ, & mutato σ, in τ, & addito ι, fit ποτὶ, Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ. dicitur & una cum ρ, ut προτὶ ἴλιον.

¶ *De Coniunctione.*

Coniunctionis tonum paucis attingemus per ipsius species progressi. Copulatiuę acuuntur καὶ, δὲ, τὲ, ἀλλά, ἠμὲν, ἠδὲ, ἰδὲ, ἀτὰρ αὐτάρ, κὲν, ἄν, ἤτοι penacuitur. In consequẽtia acutus in grauem mutatur, hic etiã

ut

ut dicit Theodorus. Causales trisyllabæ in antepenultima ὅωεκα, ἕνεκα. Dissyllabæ in penultima: καθόσον & καθὸ ex prępositiōe & nomine Compositæ sunt: καθὸ & διὸ item duæ partes: γὰρ acuitur monosyllaba. Disiunctiuę acuuntur, ἢ ἠὲ prę ter ἤτοι quę in primo loco ponitur: ἢ acuitur quando est disiunctiua, aut declaratiua: alias circumflectitur: ut cum est localis, affirmatiua, aut similitudinaria. Continuatiuæ & subcontinuatiuæ acuuntur, si accipiant τὸ grauātur ἐπεὶ, ἐπειδὴ ἐπειδὴ τὸ εἰ, εἴπερ. Dubitatiuæ ἆρα & κᾶτα penanflectuntur: μῶν circumflectitur: ἆρα. i. utrū penāflectitur: ἄρα utiq; uel itaq; συλλογιστικῶς penacuitur, ut τοίνυν, τοιγάρτοι: τοιγαροῦν circū flectitur, ἀλλὰ ἀλλαμὴν acuūtur, uel grauantur potius. sunt aūt hæ oēs collectiuæ siue illatiuæ. Aduersatiuę penacuuntur ὅμως ἔμπης. Expletiuæ quę ornatus aut metri gratia ponuntur: dissyllabæ quędam grauantur

uantur λῆτα τοίνυν: ex monoſyllabis quæ ex uocali longa conſtant, neq; habent initio conſonantem, circum flectuntur αὖ, οὦ, πῦ etiam propter regulam τῦ υ, finalis: interdum etiã non habet tonũ. Reliquæ ſi habeãt acuuntur μὴν, ἄρ, δή.

Eſt autem ſciendum eandem coniunctionem uarijs modis uſurpari, ut ἀλλὰ aduerſatiua & collect. ἤτοι diſiunctiua & copulatiua. Preterea illud dicendum, eſſe coniunctiones quæ non acuuntur ſed grauantur dignoſci oblatione toni cum uocali a tota diſtinctione in apoſtropho, ut ἀλλ᾽. ἐγὼ.

¶ De Aduerbio.

Aduerbiorũ uariæ ſunt ſpecies, & uniuscuiuſq; ſpeciei aduerbia uarijs notantur tonis ideo ſpecies ipſas ſequutis, difficile de hac pte certos canones preſcribere, quin fines docendi tranſgrediãtur. Nos per caſus nullo ſeruato ordine huius ptis

conos

tonos docebimus.

Desinentia in θεν habentia in penultima ο, in eadem habẽt tonum κυπρόθεν, ἰλιόθεν ἀβυδόθεν: illa uero, quæ nihil certi definiunt in antepenultima, ut distinguantur ἄλλοθεν, πάντοθεν, οἴκοθεν, ἔνδοθεν, ἑκάστοθεν, ἀπόπροθεν, ἔκτοθεν. Quę uero habent ω, in penultima, notantur in antepenultima, κύκλωθεν, ἀμφοτέρωθεν, ἔξωθεν, ἑκατέρωθεν.

Desinentia in θι, in penult. αὐτὸς αὐτόθι, ἀγχοῦ ἀγχόθι, λέσβος λεσβόθι, ab αὐτόθι per synco. fit αὖθι, quod est aduerb. loci differẽs ab αὖθις, quod πάλιν & μετὰ ταῦτα significat. Aduerbia in θεν & θι, eundẽ seruãt tonum οἴκοθεν οἴκοθι, λεσβόθεν λεσβόθι. Aduerbia in θεν habentia η, in penultima uenientia a barytonis aut circumflexis penanflectuntur γῆθεν ἀγορῆθεν ἀρχῆθεν.

Aduerbia in ις, dissyllaba grauantur, ἄλις, μόγις, ἄχρις, μέχρις, pręter χωρὶς & ἀμφίς. Quodsi ab his aduer

uerbijs auferatur σ, idem tonus manet, οὕτως οὕτω, preter ἄντικρυς ἀντικρὺ, qa significatio est mutata. χωρὶς acuitur, χῶρι grauatur.

Aduerbia in δις trisyllaba, quæ in penultima habent α, penacuuntur χαμάδις, ἐκ τοῦ χάμαι: φυγάδις, οἴκαδις ὁμαδὶς acuitur.

Desinentia in κις, seu κι, quæ fiunt ab accusatiuo numeri pluralis N.G. in penultima notantur πολλὰ πολλάκις, ὀλίγα ὀλιγάκις, πλεισάκις, μυριάκις.

Desineniia in ι, a nomine facta ubi suũ nomen tonum habent ὀλυμπιάς ὀλυμπιᾶσι.

Desinentia in ι, breue grauantur, ἦχι, ναίχι, ἶφι, πρῶι Homero. alijs πρωΐ. Dicitur in ι, breue, propter ναὶ, νῦρὶ, κοΐ uocis porcorum imitatio.

Desinentia in ᾶς tonum habẽt in ultima ἑκὰς ἀνδρακὰς, ἀγκὰς.

Desinentia in μαρ, tonum habent circumflexũ in penultima a nomine ἦμαρ facta. αὐτῆμαρ ἐννῆμαρ. ἐπὶ ἐννέα,

νέα, ἡμέρας, πανήμαρ ἐξῆμαρ.
Desinentia in αρ, grauantur ἄφαρ. Quia omnis dictio in αρ grauatur, preterquam in cōiūctionibus ἀτὰρ. Desinentia in κα τὸ ι, habent in penultima & ibidem tonum πηνίκα ἡνίκα, αὐτίκα. Desinentia uero in χα dissyllaba in penultima δίχα, τρί χα. Polysyllaba ī ātep. διάνδιχα, τέτραχα, si addas θ τετραχθὰ in ultima: πένταχα: ultima syllaba est breuis. Quod si mutetur in η, circūflectuntur διχῆ, τριχῆ, πενταχῆ. Desinētia in αι, in fine habentia tonum circumflectuntur, preter βαβαὶ, & ναὶ, ἰαππαταὶ. χάμαι breuiat αι sicut πάλαι, πρόπαλαι. Aduerbia in ε, quæ ab actō plurali fiunt addendo δε cōiunctionē, que uim habet prepositionis, mutatione τοῦ σδ in ζ, in antepenultima habent tonum ἀθήναζε, id est ἀθήνασδε, εἰς ἀθήνας, sicut οἶκόνδε dicimus & πόλεμόνδε. Illa in ζε, sunt communium, hec poetarum tantum. χαμᾶζε & μετᾶζε circumflectuntur

flectuntur in penultima, quia a nomine non descendunt.
Aduerbia in ξ, acuuntur (pręter ἅπαξ, πέριξ) ὀλὰξ, ὑποδρὰξ, πὺξ, λάξ, κὸριξ. πάρεξ qñ significat χωρὶς in penultima, quando ἐκτὸς in ult. περίξ.
Aduerbia quę a nominibus sunt trãslata eundem tonum habent ἀπεικὲς, συνεχὲς, διαμπερὲς, ἀξεικὲς: attici dicunt ἀληθὲς, ἐπάναγκες & χάριεν pro χαριέντως. ἐπίτηδες ἤ ἐπίτηδες.
Quidam uoluerunt aduerbia simi lia neutris antepenacui.
Aduerbia in α, quę fiunt a neutro plurali omnia grauantur ὦκα, τάχα, σάφα, excipe θαμὰ, intelligo illa aduerbia, quę nominũ naturã exuerunt propter πολλὰ & similia.
Εἶα aduerbium quidam penacuunt, quidam penãflect. εἶα, ἄγε. Nicanor ait ex ε addito α, fieri εἶα penacute. Nõnullis hoc nõ placet, quia inqũt α, esse breue, & ipsi latini utuntur breui eia: sed tamen quanuis Nica nor nõ penanflectat, haud innuit α esse

esse longum, sicut nanque ab εἰ addito θε fit εἴθε, & penultima non circunflectitur, quia sunt duæ dictiones quę coierunt: ita dicendum est de εἴα. Nam regula circumflexi intelligitur de una parte orationis, talia sunt αἴκε, εἴκε, εἴθε.

Desinentia in δον in ultima ἀγεληδὸν, βοτρυδὸν. Desinentia uero in δην, in penultima, fiuntque a nomine & uerbo: si a nomine α habent in penultima λόγος λογάδην, σποράδην, βοτρυχάδην. Si a uerbο β, habēt in penultima a γράφω γράβδην, a λείβω λείβδην. Si a futuro in ξω, habent γ, μίξω μίγδην. Si a σω, uocalem η, ῥήσω ῥήδην διαῤῥήδην φανερῶς, τμήσω τμήδην. Quod si fiant a uerbis in μι, primæ, ε habent in penultima, ἀνίημι ἀνέδην. Si secundę, α, βήσω a βῆμι βάδην id est ἀργῶς.

Desinentia in οῦ, circumflectuntur ἀγχοῦ ὁμοῦ, & in ου ut τὸ cōpositum ὑπέρου excipe illa tria ἰού, ἰδού, οὔ.

Quod in orationis consequentia to

no

no caret, in fine habet acutum ἐμοί-λ' οὔ. Præterea interrogatiua monosyllaba πῦ, πῶς, πῆ, & quæ υ tantum habent in fine, γρῦ & νῦν aduerbium. Coniunctio uero sine tono in usu poetarum, ut expleat carmen, unde τοίνυν.

Aduerbia quæ a grammaticis dicuntur λογικοφανῆ καὶ γενικοφανῆ, quia illorum casuum habent typum, tonum eundem seruant ἴσης ἰδίας κοινῆ τῇ δημοσίᾳ. Aduerbia quædam Quæ μεσότητος dicuntur, si sint ab adiectiuorũ plurali genitiuo facta tonum habent genitiui: & scripturam, tãtum mutato ν in σ, ὠφελίμων ὠφελίμως, ἀληθῶν ἀληθῶς, σοφῶν σοφῶς. Quatuor notantur, quæ suorũ genitiuorum tonum non seruant, αὐτάρκως, αὐθάδως, νοσώδως, κακοήθως descendentia a genitiuo circumflexo. De appellatione horum aduerbiorum uariæ sunt grammaticorũ sententię, quidam dixerũt esse dicta μεσότητος, quod essent media inter

nomina & uerba ut φιλοσόφως a φιλοσοφέω, & φιλόσοφος. σοφῶς tamen & alia innumera non habent uerbum, & tamē μεσότητος dicuntur. Moſchopulus dicit eſſe ſic dicta, quia fiūt a genitiuo qui eſt communis trium generum, ut a φρονίμων φρονίμως. Quid ergo ἀρκούντως & alia aduerbia quę emanant a nominibus Quintę in ως deſinētia non ſunt μεσότητος? Præterea multa alia ſunt aduerbia quę dicuntur μεσότητος non facta a genitiuo. Orus melius, qui dixit oīa aduerbia qualitatem ſignificantia μεσότητος appellari. Aduerbiorum tonus ſępe mutatur mutata ſignificatione, οὐκοῦν igitur tono diſtinguitur ab οὔκουν negatiuo: ὁμῶς ſimul ab ὅμως tn̄: ſed altera ex his ſunt aduerbia: alteræ coniunctiones: πότε interrogatiuum, ποτὲ indefinitū. πόθεν ποθέν. Item interrogatiua quādo ab interrogationis ſignificatione deſtituuntur, tonum reijciunt inclinata ἔλεξέ

πως

πως, ſed hoc monoſyllabis accidit, & diſſyllabis, ut ποτὲ τίς ποτε, οὐδείς ποτε & reliquis, quę tamē interdum graui notantur.

Coniunctiones aut aduerbia mono ſyllaba ſi extendantur & acutū habeant ſeruant ναὶ ναί χι εἴ εἴθε. Gaz.

¶ *De ijs dictionibus quæ inclinantur.*

In omni uerbo (inquit Cicero) natura poſuit acutam uocem, nec una plus, nec a poſtrema ſyllaba citra tertiam. Ex his uerbis tria intelligimus: primum in omni uerbo ponendum eſſe tonum aliquem prædominantem (exceptis paucis indeclinabilibus) Secundū non poſſe eſſe niſi unum. Tertium in quarta ſyllaba ab ultima collocandum non eſſe: hoc ultimum ſuperius demonſtrauimus, primum & ſecundum uerum eſt: nulla eſt nanq; dictio quæ tono non pronuncietur, neque una duobus pronunciari poteſt, fieri enim nequit, ut eadem dictio ſimul duos tonos ſuſtineat, qui

diuersimode etiam proferatur. cum
dictio inclinatur id aliter fit: nam
ea quæ inclinatur nullum habet to
num, & ea, quæ inclinatam fulcit,
duobus quandoq; notatur, ut μέμνη
σό μου. Hæc res ex ijs quę sequētur
satis erit facilis intelligi. Imprimis
regulas quasdam subscribemus, in
quibus eius rei, de qua agimus, na
tura continetur.

Inclinatæ dicuntur, quæ in aliud
incumbunt, & eleuantur ab eo fulci
unturq;: ut is qui in lecto ægrotat:
Imbecilla nanq; eorum natura alte
rius ope indiget, atq; ipsę uicissim
quicquid possunt fulciēti conferūt
dictioni. Dictiones Encliticę quan
do admittunt tonum recipiunt acu
tum, οὐδ'είς πώ σε σοῖ λέγω.

Duæ dictiones in unam inclinari
non possunt: sed in seipsas mutuo.
Dictio trisyllaba non potest inclina
ri, quia quę inclinantur tonum nō
habent: atqui tres syllabę sine tono
post tonum signatum non possunt

ſequi. Dictiones Encliticę tri- plices ſunt, interdum ſuum tonum omnino reijciunt, interdum ſuo lo- co ſeruant. Eſt quādo transferant. Participia & Prępoſitiones nunq̄ inclinantur: in reliquis orationis partibus Encliticę reperiuntur.

Ex nominibus τὶς cum obliquis in definite captū. Ex articulis ſolum τȣ, τῷ, pro τινὸς τινὶ, εἴτȣ εἴτῳ.

Ex uerbis φημὶ & εἰμὶ cū ſuis perſo nis præſentibus; ἔστιν quandoque habet tonum in ultima, quandoq; in priori, quandoq; nullū habet. In priori, cum in orationis principio ponitur, uel poſt ὡς οὐκ ἀλλὰ καὶ εἰ, cū τὸ, trāſit in aduerbium. In fine: quādo ponitur poſt dictionem, quæ non eſt idonea in quam inclinetur ut ἔρως ἐστὶν, πόλος ἐστὶν, ἥρως ἐστὶν. Alias inclinatur. Idem dicatur de alijs perſonis ἐσμὲν ἐστὲ εἰσί.

Ex pronominibus caſus primę per ſonæ primitiui, qui per aphæreſin ſunt facti, inclinantur ſemper. μου

pro

pro quo μευ, μοι, με in prępositione tamen, & disiunctiuam coniunctionem non inclinatur, ἢ με διὰ μὲ. Inclinantur prætereà τοι σφε σφιν σφωε tertię personę. Casus secundę personę singulares modo inclinantur modo non σὺ, pro quo σέο & σεο, σοι σε. Item tertiæ ἑο ἑυ ἕθεν οἱ ἑ. σφι σφων. σφισι σφεας σφω tertię quia secundę non inclinatur. Ex Aduerbijs quę interrogatiue & indefinite capta reperiũtur, non inclinantur cum interrogatiue, sed cum indefinite capiuntur, scilicet πῶ, πῶς, πότε, μηδέπω που μηδενός, ποτε.

Ex Coniunctionib. inclinantur expletiue, quorum usus freques apud poetas, τοι, τε, κε, κεν, γε, γαρ, νυ, περ, θην, πω, νυν breuis ut notauit interpres Aristoph. νῦν aduerbiũ circũflect. his ita expositis, reliqua doceamus. Si post oxytonã sequitur inclinatiua monosyllaba uel dissyllaba tonũ prorsus reijcit, ut σοφός ἐστι, σοφοί ἐσμεν

μου: idem accidit si sequatur mono syllaba post perispomenã σοφȣ̃ πως. Nam si dissyllaba sine tono esse nõ potest, quia circumflexus tertium locum non assequitur.

Si post proparoxytonam aut prope rispomenam sequatur enclitica ultima syllaba debet refici tono acuto facto ex suo graui & graui encliticæ λίκαιός ἐστι δȣ̃λός ἐστι: quia acutus tertium circumflexus secũdum assequitur tantum. Si dictio præcedens est penacuta & quæ inclinatur monosyllaba, nullo præterea est opus tono, nam acutus pręcedẽtis penacutę est satis ἄναξ τι ἥρωές τι. Nec referre arbitror an sit trochaica penacuta: Quid enim causę est cur dicamus ἄναξ τι & non φύλλαπ, præcipue cum natura uideatur abhorrere a duobus acutis mutuo se sequentibus in una dictione nullo interueniente graui qui elatũ & sublimem illorum sonum moderetur. Illud

Illud pręterea nonnulli addunt: Si properispomenæ ultima sit longa natura, nullam dictionem inclinari, φοῖνιξ ἐστίν. Quod de trochaica dictione diximus nostram sententiam exposuimus, liberum tamen erit unicuique notare ut uolet.

Synencliticæ seipsas mutuo fulciunt, ut λέγει μοί τις, ἤ νή σέ πȣ nūquā enim ut prius est demōstratum, inclinatur nisi una: & hic cū sint plures dictiōes nihil obstat acutum sequi statim post acutum: ἤ in illo exemplo acuitur ꝓpter νη, νή propter σε, σέ propter πȣ.

Quæ interdum inclinantur, interdum uero non. Enclitice sunt, cum absolute dicūtur nec alio referūtur. Non inclinantur cum per appositionem ad aliam personam enunciantur.

Deniq; (ut illud addam) interpres Aristophanis in Plutum de inclinatione ita loquitur. Quando circum flexus ponitur monosyllabice in di

ctione aliqua, ſi ante duas ſyllabas eſt tonus, inclinetur, ut οὔτοι πȣ σȣ ἀνὴρ ποιεῖς, οὐκ ἔστι πω. Quod ſi ante tres ſyllabas eſt tonus, abſurdũ eſt circumflexum retroijcere, & efficere acutum ut ἕνεκά σȣ, ἕνεκα σȣ̃ melius. Circumflexum nanque immotum ſeruare oportet, nec propter dictionis applauſum naturæ uim inferre. Quod ſi id neceſſitas cogat non erit aliter agendum. ut μέμνηταί μου quia μου inclinari debet. Nunc ut propoſuimus, ad ea, quæ reſtant, pergamus.

¶ De ſpiritibus.

Reliqui ſunt ſpiritus proſodię non leuis pars, de quibus plura fuiſſem traditurus, niſi me quæ a Græcis hominibus ea de re ſcripta circumferũtur hac moleſtia exuiſſent: ex eorum itaque fontibus, aut quod mallem, ex uſu quę ad hunc locum ſpectant, hauriẽt ſtudioſi; neq; enim e re eſſe duxi magnũ illic ſtudium ponere, ubi alij fœliciter iam prius la-

laboraſſent, quorũ operam nec noua ſuperaddendo, nec cõtractius dicendo facile fuerit ſuperare. Verum ex multis quæ fuerant dicenda prę ter ea quæ ſuperius attulimus, paucula quædam ſed præcipua conſcribemus, quæ ad hanc proſodiæ partẽ alicui emolumẽto ſtudioſis ſint futura.

Omnis fere dictio, a cuius principio ablata eſt conſonans ſpiritu aſpero notatur ablatę conſonantis loco: Hoc uidemus eſſe factum in articulis poſtpoſitiuis qui ablato τ, a præpoſitiuis facti pro conſonanti ſpiritum aſperum habent. Omnis nanq; articulus incipiẽs a uocali aſpiratur: ὦ uocandi aduerbium eſt non articulus, cum alijs rationibus tum in primis quod non aſpiretur. Quę in Compoſitione mutant tenuem in aſpiratam, ſimplicia ſpiritu denſo ſignantur.

Α uocalis ante tres mutarum ordines leuigatur. Α priuatiua in com

poſitio

positione multa significat στερκόν ut ἄκλητος: ἄθροισιν ut ἅπας quasi ἅμα πᾶς: πολὺ ut ἀχανὴς: ὁμοῦ ut ἀκόλουθος ἄκοιτις, ἄλοχος. κακὸν ut ἀφυής. ἴσον ut ἀτάλαντος. ὀλίγον ut ἀμαθὴς poëtice ὀλιγομαθής. Interdum abūdat, idq; attice, ut στάχυς ἄσταχυς, σπαίρειν ἀσπαίρειν. Quorsum hæc? In his omnibus significationibus acceptum α leuigatur, nisi cum congregat. duo priuatiua densant α, ἄλυσις & ἅλως.

ε. Omne incremētum quod fit per ε tenuatur ἔτυπτον: uerba, quæ attico more augentur sui thematis spiritum seruant ἑώρακα quia ὥρακα, ἑώνημαι quia ὤνημαι. Præterea ε in ingressum preterita, si in aliis modis cadat tenuatur, ut modo dictum est: si uero maneat spiritū thematis retinet, ut ἵστημι ἕστακα.

ε asperum si subiunctiuā υ recipiat in diphthōgū leuigatur εὐαλὼς ἑάλως quia ευ, diphthongus leuigatur præterquā

terquam in paucis. Item ο si accipiat υ, sicut solet (nam quod ε accipiat υ raro fit) leuigatur ὅρος οὖρος, quia diphthongi ει, ευ, αυ, ου, οι fere tenuantur.

υ aspero semper notatur, & ideo omnes dictiones ab υ inceptas aspiratione sua presigniunt latini.

Vocales breues in longas mutatæ uel contra: diphthongi item propriæ in improprias, seruant eundẽ spiritum αἱροῦμαι ᾑρούμην ἀκούω ἤκουον

¶ De Diastole

Si a Periodo quę ex suis colis constat, absit Diastole, perturbata omnia & confusa uix intelligentur, neque ulla erit prorsus mẽbrorũ inter se recta connexio, nulli apparebunt articuli, nullę commissurę, peribit membrorum usus. Nihil est enim quod orationem magis perspiquam reddat quam recta membrorum inter se distictio: qua quid cui coniungendum, quid ab eo separandum perspiciamus. Det ergo operã

unuſquiſque ut diſtincte & loquatur & ſcribat, ita ut ab omnibus intelligi ac percipi queat. Diſtinguendi ergo rationem paucis explanabo ex Moſchopulo, quæ commoda uidebuntur mutuatus. Periodus non ſemper eſt monocolos, ſed e multis ſæpe mēbris conſtat, ut docuit Hermog. in uniuſcuiuſq; mēbri fine ſignum ponimus, ut ad finem tendētes reſpiremus, in fine totius periodi ſignum etiam quod ſiſtendum eſſe doceat figimus: talia ſigna Græci uocāt στιγμάς, & ſic definiūt. στιγμὴ ſignum eſt in ſententiæ, uel etiam in membrorum fine poſitum, reſpirationis gratia, aut finis indagatione: ſtigmæ ſunt tres, ultima, media, & ſuppunctio. Vltima eſt ſignum in ſententiæ fine poſitum. Media ſignum in ſententiæ fine poſitum reſpirādi gratia. Suppunctio ſignum in membrorum fine poſitum, poſt quod ſtatim finiēs ſequitur ſtigme: poſt mediam uero non, ſed uel ſuppunctio

punctio, uel altera, media in altero colo. Vltimam puncto infra posito exprimunt: mediam puncto supra, indicante sententiam adhuc pendere: suppunctionem illo signo uulgari quo hypodiastolen signamus sic,: interrogationem sic; ex hypodiastole & puncto superiori constantem; non absque ratione, si quis interrogationis uim in oratione examinet. Est etiam in oratione parenthesis quae multam lucem ipsi affert, dum aliquid uel exponimus, uel quia diuersum, duobus semicirculis intercludimus, hęc breuiter pręcepimus, ne quid nobis deesset quod ad ipsam lectionem pertineret, cuius diastole est pars. Sicut enim ea, de quibus hactenus tractatum est, dictionis sunt puncta, ita haec orationis. Omnes prosodias absoluimus praeter tempora, quae prima quaque occasione diligenter persequemur.

FINIS.